VITALLVSET. AVINIA. FELICITAS
SVA. PEC. D. D

DEDIC. XV. K.

SILIANO. ET. ATTICO. COS

C, 37

DEO

SOLI

MITHRAE. ET
CONSERVATC IVNIUS C F
TROMN E N I N I A N V S
VIR. CLAR

ET. C. NEN. VIA.

TOR. QVAESTORI
CVRAVER

DEDIC. KAL. MART

M. VLPPIO. TRAIANO. AVG. IIII

SEX. ARTICVLEIO. PAETO COS

C. 38

C. Aurelio. L. F. Pap. Fatori
 Veteran. Leg. III. Parthic. P. F
 Et. A. locis. Aegris. Cust
 Leg. Eiusdem.

L. Aurelius. Stephanus
 Patrono. Sanctissimo

Ara. Pos. K. Ian

M. Aurelio. Antonino. Aug. IIII
 et. Aur. Alexandro. Caes
 In. Fr. P. III. Ret. Ped. IIII CoS

C. 39

Ti. Claudius

Chresimus. Hon

Quinquennialitatis

Collegia. Dendrophor

Romanorum. Quibus. ex

S. C. Coire. licet. Argen

ti. P. X. HS. X. Millia. N

Reddidit

Quae. diuifa. sunt. Populo. per. gradus

N. Collegi. K. Aug

Nummio. Albino. et. Fuluio. Aemiliano

CoS

Gg 3

Ⓔ, 40

IMP. CAES. L. SEPTIMIO
SEVERO. PPIO. INVIC
AVG. IULIUS. BABILLVS
SAC. SOL. D. D. PRID
NON. APRIL. ANVLLINO. H

ET. FRONTONE. COS
DEDIC. XV. K. FEBRVARI

CORNELIO. ANVLLINO. H

AVFID. FRONTONE. COS

Ⓔ, 41

TI. IVLIO. BALBILLO. SAC. SOLIS
EVTYCHES. AVGG. LIBERTVS. OFFICI
NATOR. A. STATVIS. AMICO
OPTIMO. DEDIC. K. IAN

P. CORNELIO. ANVLLINO. H
ET. M. AVFIDIO. FRONTONE. COS

Ⓔ, 42

TARPEIAE. VALERIANAE

VIR. VEST. MAXIMAE
DIGNISSIMAE. ET. SANCTISSI

MAE. PVRISSIMAE. VENERABLEM
DISCIPLINAM. IN. DEOS

QVOQVE. PERVIGIL. ADMI
NISTRATIONEM. S. L

COMPROBANT. SENATVS. ET

POPVL. L. EGRILLIVS. STRATOR.
PIETATEM. PRAES.
TANTIAMQ. CAUSSA. D. D.
COLLOCATA. V. KAL.
IVN. SCIPIONE. ORFIST.
TO. Q. NON. PRISCO
COS

43

CVR. AED. SACR. OPER. LOC. PVBLIC
DED. K. IVL.
Q. IVNIO. RVSTICO CoS
Q. FLAVIO. TERTVLLO

*In unatantum inscriptione Calendarium cum C scri-
ptum reperi Beneuenti*

C . OCTAVIO . C . F
PAL. MODESTO
AVGV. II. VIR. I. D. QVAEST. II
PRAEF. FABR. ROMAE. PRAEF
COH. II. PANNONIOR. PRAEF
COH. III. ITYREOS. TRIB. MIL
LEG. IIII. SCYTHIC. CVRAT. REI.
P. AECANOR. ITEM. HONORA
TO. AD. CVRAM. CALENDARI
REIP. CANVSINOR. A. DIVO. TRA
IANO. PARTHICO. ET. AB. IMP. HA
DRIANO. AVG. HIC. OPVS. QVA



DRIGAEICVM.EFFIGIE.IMP.HADRI
 ANI.AVG.CITRA.VLLIVS.POSTV
 LATION..CVM.MVNICIPIEVS
 SVIS.OBTVLISSET.EX.ARGENTI
 LIBRIS.∞.ADIECTIS.AMPLIVS
 LIBRIS.∞.XVII.VIRITIM.PO
 PVLO.*.SING.DISTRIBUTIS
 DEDICARI.CVRAVIT

P. D.

LACRYMAE

L

LACRYMAE, sine Adspiratione, & cum γ: ut a Graeco, Δάκρυον deducatur. quod etiam libri veteres, & lapides confirmant; in quibus est, Lacrumae, v pro γ usurpata. ut in, Sulla, pro, Sylla. Priestamen Romani, Lachrumae, cum Adspiratione, dicebant, ut ait Gellius, lib. 2. cap. 3. & Cicero in Oratore

Romae, in hortis Carpensibus. I

Securitati. Sacr

Valerius. Iulianus. Italico. Filio. infelicissimo. et. Honoratae. Mammulae. huius. Pec Dispar. damna. lege. Parkarum. et. flamina. dispar Haec. ridenda. Mihi. est. Hic. lacrumandus. erit Haec. namque. emeritos. bis. xxx. per. Annos Vixit. Ad. hic. tertio. Consule. natus. obit Cur. modo. tam. praeceps. iterum. tam. sera. (fuisTi Funeris. amborum. dic. rea. Persephone Vix. lucem. uidisse. satis. qui. uiuere. posset Viuere. quae. nollet. uix. potuisse. mori

Ad Portam Appiam. 2

Hateria. Telete. Vixit. An. xxvii Tu. Pater. et. Mater. Lacrumis. retinete. dolorem Nam. Fato. raptam. non. potes. eripere

Gg 5

In Insula Tiberina. 3

Iulia . Quincti . Ranci . Filia
 .. iberti . Proti . Quoi . Fatum . graue
 ... rcae . ac . finem . Vitae . statuerunt
 ... et . bis . decem . Anneis . nata . indigniter
 ... oncepit . liberum . semen . duplex
 ... pareret . Patrono . auxilium . ac . decus
 ... ta . commoda . atque . incommoda
 ... ors . eripuit . suis . Parentibus
 ... ummo . in . luctu . ac . sollicitudine
 ... rio . Gnatae . fletus . in . dies

Edunt . sibi . esse . talem . creptam . filiam
 Pater . mei . et . Genetrix . Germana . oro . atque
 Desinite . luctu . questu . lacrimas . fundere
 Sei . in . Vita . iucunda . Vobeis . uoluptatei . fui
 Viro . atque . Ameiceis . Noteisque . omnibus
 Nunc . quoniam . Fatum . se . ita . tollit . animo . uo .
 Aequo . Vos . ferre . concordisque . uiuere
 Quas . ob . res . hoc . Monumentum . aedificauit
 Suae . Gnatae . Sibeique . Vxori . hanc . consti-
 (tuit
 Aeternam . Vrbei . omnes . pariter . Aeuom . dege .

E, 4

VLPIAI . SCITAI . PHILVMENAI . CONIVGI

B . M

P . AELIVS . MACER . ANTESIGNATOR

TRIB . LACRYMAS . POS

In duobus tamen maxime veteribus libris, Cypriano
& Virgilio Carpenſi, Lacrimas cum I, ſcriptum a-
nimaduerti: ſicut & in ſequenti lapide: ex quo liquet
in iſis verbis, quae a Græco deducerentur, certam
non fuiſſe ſcribendi rationem: cum alij pro Y, ſcribe-
rent, V; alij, I

Mediolani, in Templo D. Auguſtini. I

V. F.

D. M.

MAXIMVS. MAXIMINVS. PRIMITI
VVS. VIVIR. MEDIOLANI. SIBI. ET
ROCIAE. SECVNDINAE. CONIVGI. IN
COMPARAB. QVI. VIXIT. AN. XXI
ET. ROCIO. MAX. MAXIMINI. FIL
QVI. VIXIT. AN. VNVM. M. VI. ET
ROCIAE. PRIMITIVAE. FIL. PIEN
TISSIMAE. QVI. TIBI. DVM. STARET
PATER. AD. TORVM. SIC. AIT. OMI
SER. QVID. GEMIS. ET. LACRIMAS
QVOD. TE. MISERANDE. RELINQVO
TE. NON. TVRBEMVS. ISTA. FATALIA
DANTVR. QVI. VIX. AN. XVIII. M.
VI. IN. AGR. P. XIX. IN. FR. . . .

Vide & in, DESIDERO, I

In alio quoque lapide, LACHRIM. ſcriptum notavi

Romæ

Romae, in Aedibus Atilij Delphinij.

D . M
 NOMINE. QVO. GENITOR MI
 HI. DICITVR. HO'C. EGO. VIXI
 TELEPHVS. EST. GENITOR. TELE
 PHVS. IPSE. FVI. AVGVSTINA
 PARENS. QVARTO. ME. FLEBILIS
 ANNO. TERDECIMOQVE. DIE
 PERDIDIT. ORA. SATVM. NON
 IGITVR. LECTOR. LACHRIMIS
 DECEPIT. VTROSQVE. MAXIMA
 MENDACIS. FAMA. MATHE
 MATICI. TELEPHI. DVLC

LAECA, cum Ae, Porciae gentis cognomen. libri ve
 teres, & nummus argenteus Antony Augustini, vi
 ri doctissimi, Episcopi Ilerdensis, in quo est, M. POR
 CIUS. LAECA. & alius ornatissimi, & eruditissi
 mi inmeris, patricij Veneri, Francisci Molini, si
 dem inscriptus

LAFLIVS, familia Romana, cum Ae diphthongo. la
 pides Capitolini, & alij

D. LAELIO. BALBO COS

C. ANTISTIO. VETERE

GILIX. L. NORBANI

D. D. D. S

Vide, & in, AESERNIA, I

LAENA, cum Ae, genus vestimenti. Festus, qui ducit a Graeco, $\lambda\alpha\acute{\iota}\nu\eta$: & libri veteres

LAENAS, cum Ae, Popilliorum cognomen. lapides Capitolini, & alij

Romae, in Aedibus Alexandri Rufini. I

SERGIAE

LAENATIS. F

PLAVTILLAE

MATRI

IMP. NERVAE

CAESARIS. AVG

LAETORIVS, cum Ae, familia Romana. libri veteres. Est & Plaetorius, alia familia

LAEVA, cum Ae. Festus, & lapides: contra Nonij sententiam, qui derivat a Leuando

Romae

Romae, in Aedibus Arberinorum. 1

Velius. Fidus. Iubentio. Celso. Col
legae. suo. Salutem. Desideri. Fra
ter. Arrij. Alphii. Arriae. Fadillae. Domi
ni. N. Imp. Antonini. Aug. Matris. Liberti
Libellum. Tibi. misi. cogniti. mihi. ex
longo. tempore. primae. iubentutis
etiam. miratus. cum. ab. Aedibus. es
sem. quot. eo. lo. se. contulisset. a. quo
didici. causas. erequisitionis. set. et. re
ligionis. magnope. a. Domino. N. Imp
impetrasse. ita. ne. qua. mora. uidea
tur. ei. per. nos. fieri. Libellum. subscrip
tum. per. eundem. publicum. sine. mora
mihi. remittas. Opto. te. Saluon. et. Pedm. es

Exeplu. Libelli. dati

Cum. ante. hos. dies. Coiugem. et. Filium. ami
serim. epressus. necessitate. corpora. eorum
fictili. sarcofago. commendauerim. doni
quis. locus. quem. emeram. aedificaretur. Vi
a. Flaminia. inter. miliar. i. i. et. iii. euntibus. a
b. Vrbe. parte. laeua. custodia. Monumenti
Fla. Thumeles. Maesola. M. Seli. Orcili
Rogo. Domine. permittas. Mihi. in. eodem. lo
co. in. marmoreo. sarcofago. quem. Mihi. mo
do. comparau. ea. corpora. colligere. ut. cuan
do. ne. ego. esse. desier. pariter. cum. eis. ponar

Feretrum. fieri. placet. Iubentius. Celsus
Promagister. subscripsi. III. nonas. Noemb
Antio. Polione. et. Opimiano. Kos. Ordinalis
Seuero . et . Sabiniano . Cos

LAEVINVS, cum Ae, cognomen Valeriae gentis
libri veteres, & lapides

Asisij, in Foro. I

CN . FVFCIVS . CN . F

LAEVINVS . T . ALLIVS

C . F . IIII . VIR . I . D

C . ALLIVS . C . F . C . SCAEPIVS . L . F

VMBO . C . VOLCASIVS . C . F . PERTICA

Q . ATTIVS . Q . F . CAPITO . L . VOLCASIVS

C . F . SCAEVA . VI . VIR . S . C

MVRVM . REFICIVNDVM

CVRARVNT . PROBARVNTQVE

LAPICIDINA, malim scribere, quam, LAPIDICI
NA; cum a Caedendis lapidibus dicatur, ut ait Var
ro, de Serm. Lat. lib. 7. libri veteres, & lapides

Romae, ante Sacrarium D. Pauli. 1

H Y M E N E V S . C A E S A R I S

Ser . Thamyrianus . A . Lapidinis

Caristiis. Fec. Sibi. Et. Thamyro. Nutricio. opt

Q. Pompeio. Victori. et. Pompeiae. Iucundae.

(Vxori

Hermae. Sympherusae. Parentibus. Primo.

(Caesaris. ser

Reliqua legi non possunt

LATERNA

LATERNA, scriberem; non, ut quibusdam placet, Antiquitatem nimis consecretantibus, Lanterna. Poëtae

LEAENA, cum Ae diphthongo. a Graeco, Λέαυα

LETVM, sine diphthongo, & sine Adspiratione. placet enim Prisciani sententia, qui deducit a Leo, Les quo veteres utebantur pro Deleo, quod omnia Mors delet. Appuleius quidam Grammaticus deducit a Luo; ideoq. scribi vult cum Ae diphthongo: quod Mihi non persuadet. Varro, & Festus, a Graeco Λέβη deriuatum putant. quod si ita est, cum Adspiratione scribi debuit, quam in antiquissimis libris nondum vidi: ideoq. Prisciani opinionem libenter sequor, assentientibus & antiquis lapidibus

Romae, in Aedibus Atilij Delphinij. I

EVCHARIS. LICINIAE. L
Docta. Erodit. Omnes. Artes. Virgo. Vixit.

(An. XIII

Heus. ocule. errante. quei. aspicias. Leti. do
(mus

Morare. gressum. et. Titulum. nostrum. perlege
Amor. Parenteis. quem. dedit. Natae. Suae
Vbei. se. Reliquiae. conlocarent. Corporis
Heic. uiridis. Aetas. cum. floreret. artibus
crescente. et. Aeuo. gloriam. conscenderet
Properauit. Hora. tristis. fatalis. mea

LATERNA

Et. denegavit. ultra. Vitae. spiritum
 Docta. erodita. paene. Musarum. manu
 Quae. modo. nobilium. Ludos. decoravi.

(Choro

et. Graeca. in. Scaena. Prima. Populo. apparui
 En. hoc. in. Tumulo. Cinerem. nostri. Corpo-

(ris

Infistae. Parcae. deposierunt. carmine
 Studium. Patronae. Cura. Amor. Laudes. De-

(cus

silent. ambusto. Corpore. et. Leto. Iacent

Reliqui. fletum. Nata. Genitori. meo

Et. antecessi. Genita. Post. Leti. Diem

Bis. hic. septeni. mecum. Natales. dies

Tenebris. tenentur. Ditis. Acterna. Domu

Rogo. ut. discedens. Terram. Mihi. dicas. Le-

(uem

LICINIUS, non, LICINNIUS. libri, et lapides

Romae, ad D. Caeciliae, Trans Tiberim. I

D. M. LICINIAE. HELENAE

L. LICINIUS. HERACLA

FECIT. PATRONAE. SVAE

BENEMERENTI. PERMISSV

LICINIAES. SECVDILLAE

IN. FVND. SVO

Hb I

Ad

Ad D. Servatoris, in Lauro. 2

..... A . LICINIA . EUPORIS
ET . IVNIOR . LICINIUS . IVLIANVS
SE . VIBI . FECERVNT

In Capitolio. 3

Q . O S T O R I V S
Q . F . LICINIANVS
VIXIT . ANN . IX . ET
MENSES III

Via publica, ad D. Crucis in Hierusalem. 4

C . LICINIUS . M
ALEXANDER . ARCHITE
LICINIA . EPICCHARIS . V
C . LICINIUS . C . L . EPITYNCHA . .
LICINIA . C . ET . C . L . D

Vide & in, ACCIVS, 2. & in, FELIX, 17. & 18

LIGVLA, a Doctis scribitur; LINGVLA, a Grammaticis. Martialis lib. ult

- » Quamvis me Ligulam dicant Equitesque, Patresque
» Dicor ab indoctis Lingula Grammaticis
Festus, Lingulam, per deminutionem Linguae, etiam putat. Sosipater Carisus, lib. 1. Ligulam frequentari, scribit

LIGVLA

LIGVRRIO, duplici RR. libri veteres

LIGVS, non, LIGVR, cognomen Aeliae gentis. lapides Capitolini

LITVS, unica τ, Pierius ait scribendum, ex antiquis libris, & ex Analogia; cum deducatur a Lido; siue, Lino: & ex lapidibus. Sic etiam scriptum est in Virgilio Carpenſi

Romae, in domo Caesia. I

Iam. datus. est. finis. Vitae. Iam
pauſa. Malorum

Vobis. quas. habet. hoc. gnatae
matremq. Sepulchrum

Litore. Phocacio. Pelagi. ui
exanimata s

Illic. unde. Tagus. et. nobile
Flumen. Hiberu s

Vorsum. Ortus. Vorsum. Occa
sus. fluit. alter. et. alter

Stagna. sub. Oceani. Tagus. et
Tyrrhenica. Hiberus

Sic. etenim. duxere. olim
primordia. Parca e

Et. neuere. super. Vobis. Italia. Fila
Cum. primum. Lucina. daret

lucemq. animamque

Hb 2

Vt. Vitae. diuersa. dies. foret. u
naque. Let i

Nobis. porro. alia. est. trino
de. nomine. Fat i

Dicta. dies. Leti. quam. pro
pagare. fuopt e

Vifum. ollis. tacito. arbitrio
cum. lege. perenn i

Sifti. quae. cunctos. iubet. ad
Vadimonia. Morti s

Vide & in, ABIICIO, I

*LITTERAE, duplici TT. libri veteres, Pandectae Flo
rentinae, & lapides. uide in, ABIICIO, I*

LVCCEIUS, duplici CC. libri, & lapides

Romae. I

D. M

L V C C E I A E

S E C V N D I N A E

T I. C L A V

C R I S P V S. V I T R I C V S

V I X. A N. I I. M E N. V

Casini. 2

L. LVCCEIO, L. F. TER

HIBERO

H. VIR. ITER. Q. Q. PATRONO
 SACERDOTI. SACROR. SAVADIOR
 CVR. R. P. INTERAMNAT. LIRIN
 EORVND . ET . PATRONO
 IVDICI . CCCC . SELECTO
 CASINATES. PVBL. OB. MERITA. BIVE
 D . D

Luceriae. 3

C. LVCCEIVS. C. L
 FAVSTVS . FAVSTIL
 LVS. F. AN. XVIII. SIT. EST

*Arretij quoque sunt lapides, in quibus Lucceius, dupli
 ci CC, scriptum est: ut quidam notarunt*

LUCILIVS, unica L. libri veteres, & lapides

Hb 3

Romae

Romae in Aedibus Capranicorum. I

Augusto. IIII

M

Plautio

Silvano

COS

V. S. Q. L. Iaso. D. Lucilius. D. L. Saluius. L. Brinnius. Q. L. Princeps. L. Fu'rius.
(L. L. Saluius

Mag. Vici. Sandalia'ri

Ex altero latere

LARIBVS. AVGVSTIS

Ibidem. 2

Q. MVLIVS. Q. L

OLYMPVS

MVLIA. Q. L

SECVNDV

C. LVCILIVS. Q. L

DIVS

VIX. AN. IV

In viridario ornatissimi viri, Pauli
Bubali. 3

DIS. MANIB

PRIMITIVO . COLLECTIO

V. BENEMERENTI . FECIT

C. LVCILIVS. FESTVS. ET. SIBI

V. ET. SVIS. ET. FLAVIA. HEDONE

VXORI. SVAE. POSTERISQ. NOSTRIS

LIBERTIS. LIBERTABVSQ. EORVM

IN. FRONTE. P. XII. IN. AGRO. P. XII

In hortis Carpensibus. 4

D. M

C R E S C E N T I S

NEPOTI . PORTV

NATI . CAESARIS

N . SER . EXACTO

RIS . PRAEDIORVM

LVCILIANORVM

Hb 4

In

In Aedibus Domit. Cavallerij. 5

D . M

C. VETEERGIO . MARTIALI
 FILIO. DVLCI. C. VESTERGIVS
 VALENS. ET. VESTERGIA. CHRYSIS
 ET. D. LVCILIVS. CORINTHVS. PAR
 FEC. ET. SIBI. LIB. LIBERTAB. P. E

Ad D. Ioannis, ante Portam Latinam. 6

TI. IVLIVS. STRATO
 VIXIT . ANNOS. L
 A. LVCILIVS. ALIDAEVS
 SIBI. ET. COLIBERTA. SVA
 LAVDICAE. CONIVGI. ET
 CHRYSIDI. FILIAE. VIXIT. AN. VII
 CHRESTO. FILIO. VIXIT. AN. XIX

Tiferni, in Latio, in Sacello quodam. 7

L I B E R O

AVG. . SACR
 ALFIVS . PRO
 TVS . SAC
 ET . LVCILIVS
 M A R T E N S I S
 PAT. SIG. LIB
 D . POSVER
 M ESIVS. ET
 AVR. SABINVS. BASEM. D. D

Neapoli. 8

Iustus Caesaris
 Fecit Sibi et
 Luciliae Priscae
 Coniugi Karissim
 Quae. Vix. An. xx. M. vii. D. XV
 Posteriq. suis. In. F. P. V. In. A. P. x
 Iter. Commun. Monument
 um . . . Proc . . . Cosmo

Recaneti, in Piceno. 9

C. LVCILIVS. C. F. VEL. VINDE
 MIL. COH. VI. PRAET. VIX. ANN. XXX
 MILITAVIT. ANNIS. XII. PRINCIPALIS
 BENEFICIARIVS TRIBVNI
 DEINDE. OPTIO. IN . . . CENTVRIA
 HOC. TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT
 HONORIS. PIETATIS. QVE. CAVSSA
 SIBI. ET. C. LVCILIO. SECVNDO
 PATRI. ET. LVCILIAE. SVAE. AVIAE
 EX . . HS. ∞ ∞ . . PRAELEGATIS

Patauij. 10

T. LVCILIVS

T. L

APTVS

H. S. B

Hb 5 Parma

Parmae, in Ecclesia quadam. XI

D . M

Xanthippes. siue . Iaiae

C. Cassius. Lucilianus

Alumnae. dulcissimae

Seu. mortis. miser. et. seu. te. uitae. perlige

Nomen. Xanthippae. Iaiae. aedem. ludicro

Quoi. exprimens. dolore. fugit. Anima. Corpore

Hic. conquiescit. cunis. Terrae. mollibus

Quam. trino. Annorum. filo. proterentia

Nouem. post. mensum. fata. conficiunt. ma

ues. ignita. torret. ultra. qi ies

Venusta. amoena. inte rrula

Quam. si. qua. pietas. insita libus

Viuenti. ingenio. Soli. et. Lu eddite

Altoris. memorem. quem. Parentes. dixerunt

Cum. primum. natus. i Lucilianum

Cassium

LVSCINVS, non, LVSCINIVS, Fabriciorum cogno
men. ex Plinio, lib. XI. cap. 37. & ex Fastis Capitoli
nis

LVTATIVS; non, LVCTATIVS; aut, LVTTATIVS; fa
milia Romana. lapides Capitolini, & duo nummi
argentei, Andreae Lauretani, & Alexandri To
ti, sic inscripti, L. LVTAT

M

M

M^o; uel, **M**; uel, **M̄**; uel, **M**; pro Manius, veteres scri-
bebant. Praenomen est, a Mane deductum; ut a Lu-
ce, Lucius: quo usi sunt Valerij, Curi, Aemily, Aci-
lij, Aquillij, Otacily, Pomponij, Iuuentij, Manily
Nummi duo argentei, Andreae Lauretani, & Ri-
naldi Odonij, in quibus est, M^o. ACILIVS. IIIIVIR.
VALET V. item duo, Odonij, & Molinij, sic inscri-
pti, M^o. CORDIVS

Romae. I

ACILIAE. M^o. F
MANIOLAE. C. F
M^o. ACILI. GLABRION
SEN. COS. PRONEPTI
M^o. ACILI. GLABRIONIS
COS. II. NEPTI
M^o. ACILI. FAVSTINI
COS. F
ORDO . DECVRION

Ad D. Catherinae de Senis, in via Iulia. 2

DIS. MANIEVS
M^o . PACCIO
ALEXANDRO
PACCIA . SECVND A

PATRONO . BENE
MERENTI . FECIT

¶ 3

M. ACILIO. M. F. GAL
RVFO
PROC . CAESARVM
CONVENTVS. TARRACON

Dentecani, in Apulia. 4

P. SERTORIO. M. F. STE
LEG. VI. M. SERTORIVS
M. F. STE. F. PATER. TESTAMEN
SVO. FIERI. IVSSIT

*Venetijs, ad D. Iustinae, in Aede Delphinia, quae
ad Orientem Aedi accubat, Basis
marmorea. 5*

. ENNIVS

M. L. ESYCHVS
GALATEAE. SVAE

Ad D. Enstachij. 3

M. TICIO. M. F. FAB
TR. MIL. LEG. VIII

Vide ¶, in, ACILIVS, I, M

in, ARRVTIVS, M. ¶ 3. M

in, EXSTO, M

MAECENAS

MAECENAS, Cilliniorum cognomen, cum Ae in prima syllaba. Graeca consuetudo, & lapides

Romae, in hortis Colotianis. I

PERMISSV. C. MAECENATIS

In Aedibus Atilij Delphinij. 2

Curtia. C. L. Priapis
Cui. pars. dimidia. huius
Moniment. concessa. est. ab
C. Maecenate. Helio. Sibi. et
P. Curtio. Sp. F. Col
Maximo. Filio. et
Ti. Iulio. Aug. L. Glyconi
et. Suis. Posterisque. Eorum

In domo Hadriani Fusconij, Episcopi
Aquinatis. 3

Leibertorum . et . Leiberta
C. Maecenatis. L. F. Pom
Posterisque. Eorum. et. qui. ad. id
tuendum. contulerunt
contulerint

MAECIVS, cum C. libri, & lapides

Nes-

Neapoli. I

M. Maecio. Memmio. Furio. Balburio
 Caeciliano . Placido . C . V
 Pontifici. Maiori. Auguri . Pu
 blico. P. R. Quiritium. Quindecim
 Viro. Sacris. Faciundis . Correc
 tori. Venetiarum. Et . Hystriæ
 Praefecto . Annonæ . Urbis
 Sacrae. cum. iure. Gladii. Comiti
 Ordinis. Primi. Comiti. Orientis
 Aegypti. et. Moesopotamiae. Iudi
 ci . Sacrarum . Cognitionum
 Tertio. Iudici. Iterum. ex. De
 Legationibus . Sacris . Prae
 fecto . Praetorio. et . Iudici
 Tertio . Consuli . Ordinario
 Patrono . praestantissimo
 Regio. Palatina
 Posuit

Ibidem. 2

Dis. Man. Sacr

C. Octauio. C. F. Maec. Vero
 Praef. Iuuen. Equo. publico. Ad
 lecto. in. V. decuriam. ornato
 Militiae. Praef. Cohortis. Caes
 Flamini. Virbiali. et . Augurij
 Aedili. Augustali. Q. Q. iuuenum

Postumea. Proculla. Vxor
 Marito. Karissimo . et
 Octavia. C. F. Vera . Filia
 Patri . Optumo . Fecerunt

Ibidem, ad D. Paulli. 3

C . HERBACIO . MAEC
 ROMANO . DE . MAR
 H. VIR. AL
 IIII. . . . LICIO. QVAEST
 CVR. SACRAE . PECVN
 CVR. H. FRVM. COMPAR
 SE. VIBO. FECIT
 QVI. OB. PROMISS. VENAT
 PHETRIS . DIVISIT . QVI
 NA. MIL. NVM

Lanuvij, in Templo. 4

T . AVRELIO
 AVG. LIB
 A P H R O D I S I O
 PROC. AVG
 A . RATIONIBVS
 S. P. Q. L
 DEDIC. Q. VARINIO. Q. F
 MAEC. AENINO. DED

*Vide &, in, ARRUNTIVS, 3. &, in, ATILIVS, 4. &, in
 KALENDAE, 13*

Romae, in Aed. Sudorin. ad D. Rocchi. 5

AELIAR . . . DAPHNI
 MATRI . . . DVLCISSI
 MAE. QVAE . V . ANS
 XLV. M. VIII. DI . V
 AVR . . . MAECIANVS
 AVG... ET ... ONAS. AVGG
 VERNAE. III. CARISSIMI
 CVRANTE . AELIO . AME
 RIMNO. LIB.

MAENIVS, cum *Ac* diphthongo. libri veteres, & la-
 pides Capitolini

MAERE, *Tristor*, cum *Ac*. deducitur enim a Mar-
 ceo, teste Varrone. quod antiquissimi libri, & lapides
 confirmant

Romae, in domo Caesia, ara marmo-
 rea eleganti. I

ATIMETVS . . . PAMPHILI
 TI. CAESARIS. AVG. L. L
 ANTEROCIANVS. SIBI. ET
 CLAVDIAE . HOMONEAE
 CONLIBERTAE. ET
 CONTVERNALI

Infra

Infra sequuntur hi uersus, sic indistincte scripti

Η ΠΟΛΥ ΣΕΙΡΗΝΩΝ ΛΙΓΓΥΡΩΤΕΡΗ Η ΠΑΡΑΒΑΚ-
(ΧΩΙ

ΚΑΙ ΘΟΙΝΑΙ ΣΑΤΤΗΣ ΧΡΙΣΟΤΕΡΗ ΚΥΠΡΙΔΟΣ
Η ΛΑΛΙΗ ΦΑΙΔΡΗ ΤΕ ΧΕΛΕΙΔΟΝΙΣ ΕΝΘΟΜΟ-

(ΝΟΙΑ
ΚΕΙΜΑΙ ΑΤΙΜΗΤΩΙ ΛΕΙΠΟΜΕΝΗ ΔΑΚΡΥΑ

ΤΩΙ ΠΕΛΟΝΑΣ ΠΑΣΙΝ ΒΑΙΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΔΕ ΤΟ-
(ΣΑΤΤΗΝ

ΔΑΙΜΩΝΑ ΠΡΟΪΣΗΣΕΣ ΚΕΔΑ CEN ΦΙΛΙΗΝ

In dextro eiusdem Arae latere

SI. PENSA'RE. ANIMA'S

SINERENT. CRV'DELIA. FA'TA

ET. POSSET. REDIMI. MORTE

ALIENA. SALV'S

QVANTV LACVMQVE. MEAE

DEBENTVR. TEMPORA. VITAE

PENSASSEM. PRO. TE. CA'RA

HOMONOEA. LIBENS

AT. NVNC. QVOD. POSSVM. FVGIAM

LV'CEM QVE. DEO'SQVE. VT. TE

MATV'RA. PER. STYGÁ. MORTE. SEQVAR

PARCE. TVAM. CONIVX. FLETV

QVASSARE. IVVENTAM

FATAQVE. MAERENDO. SOLLI

CITARE. MEA

NIL. PROSVNT. LACRIMAE. NEC

POSSVNT. FA'TA. MOVERI. VIXIMVS

HIC. OMNIS. EXITVS. VNVS. HABET

PARCE. ITA. NON. VNQVAM. SIMILEM

Ii I

EXPERIARE. DOLO' REM. ET
 FAVEANT. VOTIS. NUMINA
 CUNCTA. TUIS
 QVODQVE. MIHI. ERIPVIT
 MORS. INMatura. IUVEN
 TAE. ID. TIBI. VICTV'RO
 PROROGET. VLTERRIS

In sinistro eiusdem Arae latere

TV. QVI. SECVRA
 PROCE'DIS. MENTE
 PARVMPER. SISTE. GRADVM
 QVAESO. VERBAQVE
 PAVCA. LEGE
 ILLA. EGO. QVAE. CLARIS
 FVERAM. PRAELATA
 PVELLIS. HO'C. HOMONOEA
 BREVI. CONDITA. SVM
 TVMVLO
 CVI. FORMAM. PAPHIE'
 CHARITES. TRIBVERE. DECO
 REM. QVAM. PALLAS
 CUNCTIS. ARTIBVS. ERVDIIT
 NO'NDVM. BIS. DENOS. AE
 TAS. MEA. VIDERAT. ANNO'S
 INIE'CERE. MANVS. INVIDA
 FA'TA. MIHI
 NEC. PRO. ME. QVEROR. HOC
 MORTE. EST. MIHI. TRISTIOR

IPSA. MAEROR. ATIMETI
CONIVGIS. ILLE. MEI

SIT. TIBI. TERRA. LEVIS. MVLIER. DIGNI
SSIMA. VITA. QVAEQVE. TVIS
O'LIM. PERFRVERE'RE. BONIS

Romae, in Aedibus Io. Coritij. 2

Rapta. sinu. Matris. iacet. hic. miserabilis. In-
(fas
Ante. nouem. plenos. Lunae. quam. uiueret.
(Orbes
Hanc. Pater. et. Mater. maesti. fleuere. iacen
(tem
Paruaque. marmoreo. clauserunt. membra. Se-
(pulchro

Romae. 3

Lezbiae. Ossa. Hic. Sita. sunt
Hospes. Sta. et. Lacruma. si. quidquam
humanitus. intest

Ossua. dum. cernis. confita. maesta. mihi
Quoius. laudati. mores. et. forma. proba-
(tast

Anchialo. quem. cura. anxia. debilitat
Lesbia. sum. quae. dulcis. mores. sola. reliqui
Et. quod. Vitam. uiuens. parui. in. Officiis

li 2

Sei. Nomen. quaeris. sum. Lesbia. si. duo. amantes
 Anchialus. dulcis. cum. suaue. Homine. Spurio
 Sed. quid. ego. hoc. cerno. Mea. sunt. hic. Oflua. in.

(Olla

Confita. Viue. hospes. dum. licet. Atque. Vale

In opido Fabrica, pro Foribus Aediculae

D. Ioannis; ex Pierio. 4

Hic. Aquilae. cineres. miserabilis
 Vrna. sepultus

Contegit. et. Fatis. exproperata
 nimis

Occidit. infelix. cepto. modo
 flore. Iuuentae

Quem. finiit. Annus. septimus. et
 decimus

Formonsus. frugi. doctus. pius. a
 Patre. maesto

Accepit. Tumulos. quos. dare
 debuerat

Vide & in, CALPURNIVS, 14

MAESIVS, cum Ae. libri veteres, & lapides

Mariae . T . F
 Castae . Rufi

Maesiae . L . F
 Domitillae

L. Maesio. L. F. Pol
 Rufo . Proc . Aug
 Trib. Mil. Leg. XV
 Apollinaris . Trib
 Coh. Mil. Italic. Volunt
 Quae. Est. In. Syria. Praef
 Fabrum . Bis

Municipes. et. Incolae. ob. Merita. Eius. Quod. Annona. Kara. Frument
 Denario. Modium. praestitit. Earumq. Dedicat. Rufus. Epulum. Dedit
 Decurionib. sing. Hs. x x x. Sexuiris. et. Augustalib. Sing. Hs. x i i. Plebi. sing.
 (Hs. i i i i)

Ii 3

Brixiae

Brixiae. 2

C. MAESIO. C. F
 PLACATIANO
 X. VIRO. ST. LIT. IB. IVDIC
 TRIB. MIL. LEG. I. ITALIC
 Q. PROV. AFRIC
 ALLECT. INTER. TRIBVN
 AB. IMPERATORE
 HADRIANO. ANTONINO
 AVG. PIO
 PRAETORI. PATRONO

Vide & in, ACCIUS, 2; & in, BIBLIOTHECA, 7

MAGALIA, & MAPALIA, scribi potest. Servius
 » in Virg. Aen. lib. IV. his verbis: Magalia
 » & Mapalia, idem significat. Sed, Magalia
 » Ma, producit; Mapalia, uero, corripit: ut, - & ra
 » ris habitata Mapalia tectis. Festus Pompeius
 Mapalia nominat

MALLEOLVS, gemina LL, cognomen Publiciorum
 lapides Capitolini

MALLIUS, reperio in antiquis lapidibus

Via

Via Flaminia. I

DIS. MANIBVS
C. MALLIO
EVANGELO
MALLIA. TYCHE
COLLIBERTO
SVO
BENEMERENTI
FECIT

⊗, 2

DEDICATA
V. IDVS. NOVEMB
CONS. FL. MAL
LIO. THEODORO
V. C

Vide & in, ARENA, I

MANILIVS, familia Romana. lapides Capitolini

MANLIVS. lapides Capitolini, & alij. uide in, AC-
CIVS, I

MARCIVS, non, MARTIVS, familia Romana. lapi-
des Capitolini, & alij; & duo nummi argentei An-
dreae Lauretani, sic inscripti, MARCIA. OTACIL.
SEVERA. AVG. & alius Alexandri Toti, in quo
est, Q. MARC. LIBO. item alius eiusdem. Q. MARC

Ii 4 ⊗

& alter aereus Rinaldi Odonij, qui sic habet, ab uno latere, MARCIANA . AVGVSTA . ab altero vero FELICITAS, SAECVLI . et, *Marcus vates*, in antiquis libris semper cum C. Nā, quod Cicero in Oratione pro Balbo scripsit, *Veterem illam speciem foederis Martiani semper omni sanctiorem Marte duxerunt*: in eo ad pronunciandi potius, quam ad scribendi, consuetudinem spectavit: cum inter Marcianum, & Martem similitudo quaedam sit, & quasi a Marte Marcianum deductum esse uideatur: cum reuera, a Marcus, *Marcus* derivatum sit; ut a Quinto, *Quintus*; a Tito, *Titus*; a Manio, *Manilius*: & alia nomina non pauca, a Praenominibus deducta

Romae, in hortis Fabianini

Montij. I

D . M

CORNELIO

MARCIANO

MILITI . CHORT

XII. VRB. BENEF

TRIEVN . QUI

VIXIT . ANNIS

XXV

PARENTES

Ad D. Io. Laterani. 2

MACIA L. F

EVHODIA

Ratio

505

TI . CLAVDIO
EVMOLO. CONIVGI
BENEMERENTI
ET. SIBI. FECIT

Ad D. Paulli. 3

A. MARCIO. ALEXANDRO
A. FIL. Q. V. AN. XVIII
M. VLPIVS. AVG. LIB
HARMONIANVS
FRATRI
B. M. F

li 5

Trans

Trans Tiberim, ad D. Servatoris. 4

M A R C I A . C . L
 Fecit, sibi. Et, M
 Marcio . Philox
 Patrono . Idem. Coniugi
 Et. Marcio. Aristoni. Pils
 Et. Liber. Libertasq. Meis
 Posterisq. Eorum . Hoc
 Monument. In. Front. P. XV
 In. Agro. Pedes. XV. Cuius
 pars . Sinisterior. Introitus

C V R T I A . F I L I A
 Fecit, Sibi, et
 Calpurnio . Secundo
 Coniugi . Suo . Karis
 Calpurniae . Anthidi
 Vernae. Karis. Et. Libertis
 Libertab. Q. Nost. Posterisq
 Forum. Hoc. Mono. in. Fron. T. P. XV
 In. Agr. P. XV. Cuius. Pars. Dimidia
 Dexter. Introit

*In Foro Piscario, in domo Laurentij
Velleij. 5*

C. INSIDIVS. MAR
CIANVS. CVM. SVIS
PANTHEO
SACRVM

*d. D. Mariae in via, apud Octauium
Pantagathum. 6*

AELIAE. P. F. MARCIAE
ANIMVL . INCOMPA
RABIL . PARENTES

In viridario Paulli Bubali. 7

MARCIAE . LESCHE
M . ANTONIO . SEVERO
COIVGI . CARISSIMO
DE. SVO. FECIT. HT. LIBER
TIS. EORVM. POSTERIS
QVE . SVIS
DIIS. MANIBVS

*Ad Montem Citatorum, tabella Tiburtina, parieti
affixa domus cuiusdam. 8*

TREBONIA . C. O. L
SALVIA
ARBITR. MARCIAE NIAE
IN PRO. P. XII. IN. AG. P. XIIX
COST. CVM. LOCO. HS. CIO IOO

Ad radices Quirinalis, in domo quadam. 9

C . MARCIUS . C . F

SERG. SALVIANVS

NORBA

GENIO CENTVRIAE

COH. X. PR. P. MARI. BASSI

IN. QVA. MILITAVIT. AN. XIII

VOTO. SVSCEPTO

MISSVS. HONESTA . MISSIONE

PRID. NON. IANVAR

Q. FABIO. CATVLLINO. M. FLAVIO

APRO. COS

ANIMO. LIENS. ARAM. SVA. PECVNIA

POSVIT

In hort is Carpens. 10

C. MARCIUS. L. F. L. N

CENSORINVS

C. ASINIUS. C. F. GALEVS

COS

EX. S. C. TERMIN

Ad DD. Cosmae, & Damiani, prope Cloacam

D. Luciae. XI

DI. S. Manibus

Marcio . Doryphoriano . Fil

carissimo. et. pientissimo. Qui. Vixit

Annis. VIII. Diebus. XXXX. Fecit
 Antonia. Euhodia. Ma Ter. e T. Doryphidi
 Coniugi. suo. et. Doryphoro. Fil
 Publilio. Basso

Ad Agonem, in Aedibus Cardin. Sar-
raceni. 12

AE. MAR . . .

CIANVS. . . .

C. B. M. IV . . .

FIRMAE. F. . . .

.

Ad D. Mariae, de Consolatione. 13

DIIS . MANIBVS

C . MARCI

D I A D V M ENI

FECIT

MARCIA. HELPIS

CONIVGI . SVO

KARISSIMO. ET. SIBI

Ad Tabernas obscuras. 14

QVINTAE

GAMI. MARCIAE. N. L. F

AN. VI

ATTICVS. A. MANV. SPONSVS

LOC. D. EX. D. D

Ⓞ

Ⓔ, 15

.....
 RARISS. VIX
 ANN. XXII. M
 V. DIES. VIII
 M A R C I A
 MARCELLA . ET
 C SIDONIUS
 VENERAT

Ⓔ, 16

Ti. Caesari. Diui. Aug. F. Diui. Iuli. N
 Augusto. Pont. Max. Trib. Pot. XXIIII
 Cos. III. Imp. VII. Auguri. xv. uiro. S. P.
 VII. uiro. Epulon

T. Papirius . Seuerus . DD
 Q. Marcio . Barea COS
 T. Rustio. Nummio. Gallo

Ⓔ, 17

Q. Marcio. Barea. T. Rustio. Nummio. Gal-
 (lo. Cos

M. Iulius. Thalamus. Dec. II. Q. F
 Hospes. Ti. Caesaris. Aug. Licinianus. Dec.
 (II. Q. F

Aram. marmoream. huic. Decuriae. in. Sua
 Quaestura. de. suo. D. D

18

D . M

AELIAE . MARCIANAE
 CONIVGI . DVLCISSIMAE
 ET . INCOMPARABILI
 QVAE . VIXIT . AN . XVIII
 DIEBVS . II . C . SEIVS . MAS
 CVLINVS . EVOK . B . M . F

*Stiniliani, quod opidum est in Sabinis
 ad Tiberim. 19*

PER . HANC
 VIAM . FVNDO
 C . MARCI . C . L
 PHILERONIS
 ITER . ACTVS
 DEBETVR

Neapoli. 20

D . M

MARCIAE . MARCIANAE
 ANCHARII . PROCVLVS
 ET . PROCLIANVS
 MATRI . SANCTISSIMAE

Ibidem

Ibidem, in Aedibus Hadriani Gulielmij. 21

C. Marcius. C. F	C . Marcius
Papia	C. F. Papia
sibi. et. suis. Libertis	sibi. et. suis
et. Libertab. Hoc	Libertis, et
Monumentum. siue	Libertab
Sepulchrum. est	Hoc. Moni
H. N. S.	mentum
	siue. Sepul
	chrum
	Est
	Heredes
	non
	sequetur
	Vix. An
	Mens

Casini. 22

D . M
P. MARCIO. FESTO
FECIT. SABRIDIA. VA
LENTINA . CONIVGI
OPTIMO. T E . DVL

Inter Capuam, & Minturn. 23

MATIDIAE
AVG. FIL. DIVAE
MARCIAE. AVG

NEPTI. DIVAE . SABINAE
AVG. SORORI

IMP . ANTONINI
AVG. PII. P. P. MATER TERAE
MINTVRNENSES

Extra Mirabellam. 24

D . M
A V R E L I V S .
C R E S C E N S
AVRELIAE . MA
RCIAE . VXORI
B . M . F

Ibidem. 25

C . MARCIO . C L
CHILONI
IN . F . P . XII . IN . A . P . X

In Apulia. 26

DIS . MANIBVS
Q . MARCIO
GLYPTIANO
ET . MARCIAE
EVTYCHIAE

Aquini, ad Cathedr. Eccles. 27

C . MARCIO . L . F
CENSORINO . COS

KK I

AVGVRI

PATRONO

D. D.

Auximi. 28

L

AVRELIO

MARCIANO. AVG

LIB

EXCEPTORI

AVXIMATES

D. D

MARCVS. AVG. LIB

PROC. PATER

H. A. I. REMISIT

CVIVS. DEDICATIONE. DE

CVRIONIBVS. * . III. COLONIS. * . II

DIVISIT

Cassiliani, tertio a Tuderto lapide. 29

L. IVLIO. L. F

CLV. MARCIANO

AED . II. VIR. TVDER

VICANI. VICI. MARTIS

TVDERT. EX. AERE. COLL

OB: MERITA. EIVS. L. D. D. D

CVRAM . AGENTIBVS

L. IVLIO. PRIVAT. PATRONO

ET. L. IVLIO. PRIMINO. AMICO

In agro Veronen. 30

D . M

C. IVL . EVHEMERO
COR . MARCIANA
MARITO . POSVIT
ET. IVL . MAXIMVS
ET. COR. MARCIANVS
PATRI . B. MER
ET. SIBI

Vide & in, CIVS, X; & in, CONIVNX, S

MARTIALIS, a Marte, cum T, scribo. ex antiquis
lapidibus

Romae, in Arce Hadriani. I

D . M

P. AELIO. AVG

LIB. MARTI

ALI. PAREN

TI. SANCTIS

SIMO

DEMETRIVS

AVG. VERNA

POSVIT

KK 2

Prope

Prope Mausoleum Augusti, Parieti affix
cuiusdam domus. 2

DIS. MA'NIB
M . . . VLPPIO
MARTIALI
AVG. LIB
A . . . MARMORIBVS

MASSANISA, non, MASINISSA, Numidiae Rex
Graeca consuetudo

MATHO, non, MATO, Pomponiorum Cognomen. la
pides Capitolini

MAXIMILLIANVS, duplici LL, est in antiquola-
pide

Extra Mirabellam. I

C . . NERATIO . . C . . F
C. N. C. PRONEPOT
C. ABNEPOTI. COR
PROCVLO. BETITIO. PIO
MAXIMILLIANO
QVAEST. II. VIR. QVING. P. C
FLAMINI. DIVI. HADRIAN
CVRATORI. OPERVM. PVBL
VENVSIAE. DATO. AB. DIV
HADRIANO. CVRAT . . .

NOLANORVM. DATO. AB. IMP
 ANTONINO . AVG . PIO
 EPAPHRODITVS . ET
 CONVENTA . LIB
 L. D. D. D

MEMMIUS, *duplici MM. libri, & lapides, & nummi
 argentei duo Andreae Lauretani, quorum alter
 C. MEMMIUS. IMP. alter vero, C. MEM-
 MIUS. C. F. QVIRINVS. MEMMIUS. AED.
 CERIALIA. PREIMVS. FECIT. & duo alij
 Aloysii Mondellae, in quibus est, L. MEMMIUS.
 GAL. item duo, Matthaei Forerij, & Ioannis Ma-
 riae Sculptoris, itidem inscripti*

Romae, in hortis Carpens. I

DOMINO . NOSTRO
 CL. IVLIANO
 NOBILISSIMO . AC
 FORTVNATISSIMO . CAES-
 MEMMIUS . VITRASIUS
 ORFITVS. V. C. ITERVM
 PRAEF . VRBI . IVDEX
 SACRAR . COGNITION
 TERTIVM. D. N. M. Q. EIVS

K x 3 Ad

Ad D. Blasij de Fossa. 2

DIS. MANIBVS

P MEMMIO

CHIROGRATE

VIXIT . ANN. XIII

MENS. VIII. DIEB. XX

PACCIA . DEUTERA

DE. SE. BENE

MERENTI . FECIT

ET. SIBI. ET. SVIS

POSTERISQ . EORVM

In Foro Romano, ad D. Hadriani. 3

Domino Nostro
Claudio Iuliano

Nobilissimo. ac

Fortissimo. Caesari

Memmius . Vitrasius . Orfitus . V. C

Iterum. Praef. Vrbi. Iud. Sac. Cogn

Tertium. D. N. M. Q. Eius

Ad D. Paulli .

D. Manibus

Memmiae Romanae

Patronae. Beuemerenti. et

A. Memmio. Telestiniano. F. suo

Qui. V. A. II. D. XXXVIII. H. X

⊗, 5

Cereri. Sacrum

L. Ap . . . Pal. et

P. Staius. P. F. Pal. Aurelius. II. uir

Curatores

Q. Laronius. Q. F. Hor. Quadratus

L. Memmius. Sex. F. Pal. Petronius

L. Memmius. L. F. Palat. Galbius

Mensor. Iter. Honor. in. Cur. funct

IIII. Vir. Viar

⊗, 6

Dis. Manibus

P. Memmio. Lyaeo. Aufidia. Tertia

Coniugi. suo. carissimo

et. Aufidia. Restituta. Fil. Patri. suo

piissimo

⊗, 7

M. AVRELIVS. CHI

RISOVS . . MEM

MIAE. PRIMAE. COIV

GI. SANCTISSIMAE

MESCINIUS, cum sc, scribo, ex antiquis libris, &
ex nummo argenteo Antony Augustini

K² 4

MESSALLA

MESSALLA, gemina LL, Cognomen Valeriorum
a Messana Vrbe capta. Macrobius, lib. I. Sa-
turn. lapides Capitolini, & alij. vide in, RETV-
LIT, I

METIVS, unica T, Ex Horatij libro, de Arte Pœ-
tica, & lapidibus. METTIVS, autem
duplici TT. ex nummo argenteo Rinaldi Odony, sic
inscripto, M. METTIVS. item ex alijs Rainutij Far-
nesii Cardinalis, itidem inscriptis; & ex antiquis
lapidibus

Praeneste. I

F O R T V N A E
P R I M I G E N I A E
T I C L A V D I V S
H E R M O D O N E T
M E T I A M F
L O C H I A S E I V S
S I M V L A C R A D V O
S P E I
C O R O L I T I C A D D

Romae, ad D. Caeciliae, Trans Tiberim. 2

S O L I I N V I C
T O E T L V N A E
A B I E R N A E
C . M E T T I G E R
M A N I L I E

DVO . PARA
TVS. ET . HER
MES. DEDERVNT

Apud Hannibalem Carum. 3

D . M
M. VLPIO . CYRO
FEC. P . METTIVS
ALEXANDER . F
VIX . A . XLV

Caietae. 4

M E T T I A E
SVESIAE
M E T T I V S
DAMAS
CONIVGI . BENE
MERENTI
FECIT

Vide & in, APVLIA, 3. & in, CAELIVS, 6

MINVCIVS, cum C, familia Romana. libri
lapides Capitolini, & alij. Suffragatur & Grae
ca consuetudo, nummusq. argenteus Aloysii
Mondellae, sic inscriptus, MINVCI. C. F. AR-
GVRINI

Romae

Romae, apud Episcopum Ferratinum. 1

Minucio. Aeliano. EuoK. et. Iulio. Hilario
Iulio. Modestino. Iulia. Modestina. Co
iux. Coiugi. et. Filibus. suis
Benemerentibus

In Aedibus Capramicorum. 2

DIIS. MANIBVS

SACRVM

Q. MINVCIVS. FELIX

In Aedibus Atilij Delphiniij. 3

MINVCIA. M. L. HEDONE

SACRORVM

VIXIT. ANNIS. LXXXVII

TESTAMENTO. FIERI

IVSSIT. EX. H. S. I. C. C.

In domo priuata, inter Fontem Triniij, &

Quirin. 4

MINVCIA

C. L. ASTTE

MEDICA

Perusij. 5

C. BETVO. C. F. TRO

CILONI. MINVCIANO

VALENTI. ANTONIO

CELERI . P . LIGVVIO
 RVFINO . LIGVVIANO
 AEDILI . H . VIR . QVINQ
 SACERDOTI . III . LVCORVM . PR
 VMBRIAE . XV . POPVLORVM
 PATRONO . MYNICIPI
 BETVA . RESPECTILLA . FIL
 PATRI . PISSIMO . L . D . D . D

Aletri, ad D. Ianuarij. 6

Q. Minucius. Q. L. Anteros. VI. uir
 Augustal

Hic. Seuir Is. Augus Tal. Aletrin....

Legauit. HS. Cc lxx. Quoius. ex. red.

Quod. annis. Natali. suo. VI.....

Feb. Vescerentur

Patani, apud Alexandrum Bassianum. 7

TERENTIA

T. F

SEVERA. Q

MINVCIO. F

MINICIUS, reperio quoque in antiquis lapidibus

Brixiae, in Foro. I

Q. MINICIO

Q. F. POB

MACRO

IIII. VIR. . VERONIA

Q. VERON. ET. BRIXT

MINICIV. FORTVNAT

MATER. FILIO. PISSIM

L. D. D. D.

&, 2

GENIO. COH. V. TARRAC

L. MINICIVS. APRONIANVS

H. VIR. QQ. TESTAMENTO

EX ARG. LIBRIS. XV

PONI. IVSSIT

Vide & in, CETERA, 3

MISTVS, non, MIXTVS, a themate, *Misco*
Miscui, Mistum. ex Prisciano. In veteribus
tamen libris, Virgilio Carpenfi, & antiquis lapidi-
bus, MIXTVS, cum x legitur. vide in, DESIDE-
RO, I

MOECHOR, cum Oe. libri, & Graeca consue-
tudo

MOENIA, cum Oe. vnde *Murus* dicitur, Oe in v con-
uersa: quemadmodum & Coerare, pro, Curare. an-
tiqui lapides, & Virgilius Carpenfis

Allifis

Allifis . I

FABIO . MA
 XIMO . V . C
 CONDITORI . MO
 ENIVM . PVELICO
 RVM . VINDICI
 OMNIVM . PECCA
 TORVM . ORDO . ET
 POPVLVS . ALLIFA
 NORVM . PATRONO

MOESIA, prouincia cum Oe . lapides . Eadem
 cum Mysia, sine Mysia

Romae, ad Tabernas obscuras . I

L. Fabio . M. F. Gal. Ciloni . Septi
 mino . Catinio . Aciliano . Le
 pido . Fulginiano . Cos
 Comiti . Imp. L. Septimi . Seueri . Pii
 Pertinacis . Aug. Ara . Adiab. P. P
 Sodal. Hadrianal . Cur. Min. Leg
 Aug. Pr. Pr. Prouinc. Pann. et. Moe
 siae . Sup. Bithyn. et. Ponti . Duci . Ve
 xilli . per . Italiam . Exercitus . Imp
 Seueri . Pil. Pertinacis . Aug. et. M
 Aureli . Antonini . Aug. Praepo
 sito . Vexillation. Perinthis . per
 gentib. Leg. Aug. Pr. Pr. Prouin. Ga

lat. Praef. Aer. Militar. Procos. Prou
 Narbon. Leg. Aug. Leg. xvi. F. F. Pr. Urb
 Leg. Pr. Pr. Prou. Narb. Trib. Pl. Quaest
 Prou. Cret. Cyr. Trib. Mil. Leg. xl. cl
 X. Vir. Stlit. Iudic. Cur. R. P. Nico
 medensium. Interamna
 trium. Nartium. Item. Graui
 scanorum
 Ti. cl. Ambrelianus. 7. Leg. V
 Macedonicae. ob. merita.

In domo Caesia. 2

L. Fab. M. F. Gal. Ciloni
 Septimino. Cos. Praef. Urb
 Leg. Augg. Pro. Pr. Pannon
 Super. Duci. Vexill. Leg. Pro
 Pr. Prouincia. Moesia. Super
 Ponti. et. Bithyniae
 Comiti. Augg. Leg. Augg. Pro
 Pr. Prou. Galatinae. Praef
 Aer. Militaris. Pro
 Cos. Itemq. Leg. Prou. Narbonens
 Leg. Leg. xvi. Fl. F. Samosate
 Sodal. Hadriana
 Pr. Urb. Trib. Plebq. Prou
 Cretae. Trib. Leg. xl. cl
 X. Vir. Stlitib. Iudicandis
 Mediolanenses
 Patrono

Vide

Vide & in, ACCIUS, I

In Aedibus tamen Colotianis est antiqua inscriptio, in qua, MAESIA, cum Ae, legitur: hoc exemplo. 3

D . M

AVRR. DIZANE. COTIA . ET
 PVTINE. CONIVGI. NATVS. EX
 PROVINCIA. MAESIA. INFERIORE
 REGIONE. NICOPOLITANE. VICO
 SAPRISARA. VIXIT. ANNOS. XXXX
 ET. COIVX. VIX. ANNOS. XXX
 AVR. HERCVLANVS. MIL. COH. XIII
 VRB. BENE. MERENTIB. POSVIT

MONVMENTVM, non, MONIMENTVM; vt
 Documentum, Nocumentum, Emolumentum. li-
 bri, & lapides: etsi in quibusdam lapidibus aliter
 legatur

Romae, in domo Hadriani Fusconij, Episcopi
 Aquinatis. I

L. CORNELI. L. L. SASAE
 MAG. VICI. VIRIDIARI
 MONVMENTVM
 CORNELIA. L. L. CALETVCHE
 CORNELIA. L. L. AMMIA
 PATRONIS. SVIS. FECIT
 DIGNIS. ET. MERITIS

PRO . EORVM . PIETATI
ET . SIBI . ET . SVIS

Ad Forum Traiani, in pariete domus. 3

C . . CAFVRNIVS

C . L . ANTIOCHVS

LANARIVS

VETVRIA . C . L

DEVTERA

M O N V M E N T V M

FECIT . SIBI . ET . SVIS

IN . FR . P . XV . IN . A . P . XX

Mario . L . Hermeti
 Marius . Bene . Lib . Patron
 suus . Docetiae. Phasidi . Felix . Sibi
 merentibus. de. suo . Fecit . et . Eor
 bertibus . Lib . Postersque . Monument
 ta. ne. unquam. de. nomine. familiae. nostrae. Hic. Monument
 c. Monum. Hered. non. sequet. In. Fro N. Lat. Ped. x. x. et. digiti. in agr. Lo. . . .
 Quem. emit. Docetia. Pasis. P. C. Ampliauit. Marius. Felix, et. effecit
 Arias. p. CCV. et.

LI I In

In hortis Carpens. 4

COTTIA. A. COTTI. F. GALLA
 TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT
 A. COTTIO. PATRI. PRO. COS
 HISPANIAE. ET. PACVLLAE. MATRI ET
 A. COTTIO. FRATRI. QVAESTORI. AED
 PLEBI. ET. MEMMIAE. GALLAE. AVIAE

HVIC. MONVMENTO. TVTELAE. NOMINE
 CEDVNT. AGRI. PVRI. IVGERA. DECEM. ET
 TABERNA. QVAE. PROXIME. EVM. LOCVM. EST

Ibidem. 5

HVIC
 M O N V M E N T O
 VSTRINVM APLI
 CARI. NON. LICET

¶, 6

M. Camurius. P. F. Rom. Horanus
 H. M. H. N. S
 Sed. si. hoc. Monumento. ullius. Candidati
 nomen. inscripsero
 ne. Valeam

¶, 7

D . . M
 ASCLEPIADES . . VALERIAE

SABINIAE. CONIVGI. BEN
 MER. ANIMAE. INNOCENTI
 QVAE. VIXIT. MECVM. ANN
 XXV. MEN. IIII. D. X. FECI
 MONVMENTVM

Tuderti. 8

Pro. Salute
 Coloniae. et. Ordinis
 Decurionum. et. Populi
 Tudertis. Ioui. Opt. Max
 CustodI. Conseruatori
 Quod. is. sceleratissimI. serui
 publicI. infando. latrocinio
 Defixa. Monumentis. Ordinis
 Decurionum. nomina
 Nomine. suo. eruit. ac. uindi
 cavit. et. metu. periculorum
 Coloniam. Ciuesque. liberavit
 L. Cancrus. Clementis. Lib
 Primigenius
 Sex. uir. II. Augustalis. et. Flauialis
 Primus. omnium. his. honoribus
 ab. Ordine. donatus
 Votum . Soluit

Saepini. 9

L. Centio. L. L. Firmo. et
 Centiae. Sp. F. Paullae. et
 Ll 2

Centiae . L. L. Quartae
 Hoc Monumentum. ex Testamento
 sibi. Fieri. Iussit

Extra Auellinum . 10

Messia. C. F. Monum. Fecit
 Sibi. et. Suis

C. Ouidio. T. F. Tumulo. et

C. Ouidio. C. F. Luperco. et

T. Ouidio. C. F. Tumulo

Canusij . XI

C. Vellaeus. C. Lib. Vrsio. Aug

Sibi. et. Tutorinae. Filiae

Trebelliae. Feliculae. Vxor

Trebelliae. Arescuae

et. Trebellia. Felicula. Sibi. et

Libertis. Libertabusque . meis

.... cultu. Monumentum. cum. P. xv

et. Iter

Veronae . 12

C . Valerio . Anthioco
 patri. Laeuiae. et. mari. Vero

super . Flu . Athesis

Huius. Monument. Emptioni

accessit. Iter . ac . Ius

ad. Putenm. haustus. Aquae

Ex. Suburbano. Rutiliano

Prope

Bouarni. 13

P. ATINIVS. C. F. FAB

HIC. SITVS. EST

SLLVTVS. SI. PVLVJS. TARDAT

TE. FORTE. VIATOR

ARIDA. SI. VESTIS. TIBI. ITER

MINVIT

PERLEGE

CVM. IN. PATRIAM. TVLERIT. TE

DEXTERA. FATI

VT. REQVIETVS. QVEAS. DICERE

SAEPE. TVIS

FINIBVS. ITALIAE. MONVMENTVM

VIDI

IN. QVO. EST. ATINI. CONDITVM

Vide, Munim. in, CAECILIUS, XI. et in se-
quenti

Romae, ad D. Paulli. 14

M. AVR. ASCLEPIODOTVS

AVGG

ET. AELIA. HIGIA. MATER

SE. VIVI. FECERVNT

SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS

LIBERTABVSQVE. POSTERISQ

EORVM

Ll 3

QVISQVIS. HVNC. MVNIMENTVM
VENDIDERIT

INFERET. AERARIO. SATVRNI
SESTERTIOS. QVINQVAGINTA
MILLIARATVS. NVMMVM

Vide, Monim. in, CARVS, 18. & in sequentibus

Romae, in hortis Carpens. 15

DIS. MAnibus. Sacr
SatyrI. QuI. Vixit. Ann. XIX. et
Crescentis. QuI. Vixit. Ann. XIII
Filiis. dulcissimis. Vernis. August
Fecerunt. Parentes
M. Vlpus. Aug. Lib. Crescens
Ab. Vehiculis. et. Flauia. Aug. Lib. Sal-
(uia
et. Sibi. Libertis. Libertabusque. suis. et.
(Pos
terisque. omnibus. Eorum. Huic. Monim. D.
(M. Abest
et. M. Vlpus. Aug. Lib. Saturninus. Filius
A. Commentaris. Vehiculorum. et. Coc-
(cia
Fortunata. Fecerunt. Patri. piensissimo
In. Fr. Lat. Ped. xi. In. Agr. Long. P. X.,

ibidem

Ibidem. 16

Ti. Claudius. C. L. Ianuarius. Vixit. Ann. x. Mens.
(vi. Dies. XIII. In. hoc. Monimen To
Conditus Est

Ti. Claudius. Scariphi. L. Vitalis
Architectus. Vixit. A. XL
Fecit. Sibi. et. Suis

Ti. Claudio. Vitali. F. v. A. III. M. VII. D. VIII
Claudiae. Vitalis. L
Primigeniae
Claudiae. Vitalis. F
Optatae

In hortulo Matthaeiorum, trans Tiberim. 17

M . Aurelius . Augg. NN
Lib. Epaphroditus
Exfactor . Operum . Dom . NN
* corum. et . Laberia . Felicitas
Fecerunt . Sibi . et . Suis
Itemque . Libertis . Liber
tabusque . Posterisque . Eorum
Hunc. Monumentum. Exterum. non. seque
tur. nisi. de. nomine . Vtrorumque

In Aedibus Atilij Delphinij. 18

HVIC

MONIMENTO . ITER
ADITVS. AMBITVS. DEBETVR

Ll 4

EX. SENTENTIA. EROTIS. AVG. L
 IVDICIS. A. VIA. CAMPANA
 PVBLICA. DEXTRORSVS. INTER
 MACERIAM . CALAMINAM
 ET. INSVLAM. EVCARPIANAM
 PER. LATITVDINEM. PEDES. DVO
 SEMIS. VSQVE. AD. HOC
 MONVMENTVM. ET. HINC
 PER. CIRCVTVM. TOTIVS
 MONVMENTI. VSQVE. IN. VIA
 QVAE. DVCIT. IN. AGRO. ITEM
 IDEM. MONVMENTI. ITER
 ADITVS. DEBETVR. HVIC
 SECVDVM . MONVMENT
 VM. AFINIAE. TYCAES. ET
 INDE. SECVDVM. MACERIAM
 EVCARPIANAM. IN. QVA. OLIA
 SVNT. ET. IN. DEORETO. VSQVE. AD
 VIAM. PVBLICAM. CAMPANAM

In Aedibus Maffaeiorum. 19

D . M

L. PRIMANIO. L. F
 SPERATO . VET
 AVG. ARAM. CVM
 M O N I M E N T O
 P R I M A N I V S
 SECVDVS . LIB
 CVR. ET. SIBI. LIB

LIBERTABVSQVE

EORVM

In Aede DD. Quattuor Coronatorum. 20

AD. HOC

MONIMENTVM

VSTRINVM

APPLICARI. NON. LICET

Ad D. Paulli. 21

D . M

Corneliae. Caste. Q. Vix
 Ann. X. M. V. Fec. Etereia. Fortu
 nata. Nepoti. Suae. et. Etereio
 Prisco. Lib. Suo. B. M. et. Sibi. et. Suis
 Lib. Lib. q. Posterisq. Eorum
 Quisque. Eum. Monumentum
 Vendere. aut. Terrae. Ius. Vo
 let. Inf. Aerario. P. R. HS. L. M. N
 In. Fr. P. X. In. Agr. P. X

D, 22

D . M

Q. SOSSIUS. FELIX. FECIT

IN. HOC. MONIMENTO

PARTIS . DIMIDIAE

QVAE. SVI. IVRIS. EST

SIBI. ET. SOSIO. ZOSIMO

Ll 25

LIBERTO. SVO. BENEMERITO
 ET. MARCIAE. TERTIAE
 CONIVGI. SVAE. ET
 LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
 POSTERISQVE. HORVM
 H. M. H. NON. SEQVITVR

MVCIVS, non, MVTIVS. lapides Capitolini, & alij
 Graecaq. consuetudo, & nummus argenteus Fulvii
 Ursini, in quo est, Q. MVCIVS. Q. F. SCAR-
 VVLA

Romae, in Aedibus Iulij Por-
 carij. I

NYMISIAE. MA
 XIMILLAE. V. V
 MAX. TI. IVLIVS. BAL
 BILLVS. S. SOLIS
 DED. IDIBVS. IAN
 L. ANNIO. FABIANO
 M. NONIO. MVCIANO. COS

Apud Episcopum Ferratinum. 2

D. M
 M. AVR. MVCIANO. MIL. COH. VI. PR
 ALEXANDRI. VIX. ANN. XXVIII
 MIL. ANN. VI. HORIVNDVS. EX
 PROVINCIA. DACIA. C. VIRIVS

VRBICVS. HER. COMANIPVLO

B. M. P

Infra hortos Sallustianos, in vinea. 3

M. AVR. MUCIANVS

VIXIT. ANNIS. XXXV

NAT. THRAX. MILIT

ANN. XV. IN. COH. II. PR

AEL. VENATORIS

DVPLARIVS. IVLI

ANVS. HERES. FE

CIT. BENEMERENTI

Ad D. Sebastiani, in via Appia. 4

D. M

P. AEL. MUCIANO

SPEC. LEG. II

ADIVT

VITALIANVS. ET

VITALIS. AVVNCVLI

Reate. 5

PITVANIA. L. L. DELPHIS

FECIT. SIBI. ET

P. MUCIO. NEDYMO. VIRO. SVO

REDEMPTORI. OPER. CAESARVM

L. PITVANIO. ELEGANTI. PATRI

VI. VIR. AVG. REATE

PITVANIAE. SECVNDAE. MATRI

FRONTIDI SORORI
 PITVANIAE . MARCELLAE . FILIAE
 L. PITVANO . AMANDO
 L. PITVANO . LATINO
 L. PITVANO . REATINO . I. SVO . ET
 LIBERTIS . LIBERTABVS
 POSTERISQVE . EORVM

MVLTA, an, MVLCTA, scribendum sit, si Etymologiã sequimur, obscurum: cum, ut ait Gellius, Sabinum verbum sit. Ego assentior doctissimis viris, qui, Multa, libentius, quam, Mulcta, scribunt: cum quibus consentiunt libri veteres, & lapides

Firmi, in Agro Piceno. I

TERENTIO. L. F.
 A. RVFENIO. C. F.
 I. TVRPINO. C. F.
 M. ALBANIO. L. F.
 T. MVNATIO. T. F.
 QVAISTORES
 AIRE. MOLTATI. COD
 DEDERONT

*MVMIVS, familia Romana, gemina MM. lapides
 Capitolini, & alij*

Romae

Romae, iuxta domum Carpenssem. I

D . M
CVSSIAE. HELPIDI

M. PIENTISSIMAE

FE. CE. RVNT

L. MVM. MIVS. CERDO

. E . T .

CVSSIA. THYCHE

S. S. P. E. C. R.

MVNATIVS, cum T, familia Romana. libri, & lapides Capitolini, & alij

Romae, via Cassia, in vinea quadam. I

SECUNDA. C. CORNELI ANTIA. SEX. L

ELENCHI. LIBERTA ARESCVSA

CONIVX. EPIGONI. CAESARIS VIX. A. LX

AVG. SVTORIS. DECESSIT. ANN. IX

L. MVNATIO. PLANCO. C. SILIO. COS

Trans Tib. ad D. Bartholomaei. 2

D . M

MVNATIAE . V

ITALL. TITIA. TAL

LVSA. ET. DERTI

PRIMITIOVS. REST

VTVS . HERMES

Viperni

Viperini, in Latio, in Sacello quodam. 3

C. MVNATIVS. FELIX. V.S. L.M

Vide & in, BRITANNIA, 3. & in, MVLTA, I. & in
RAETI, I

MVRENA, sine diphthongo, Cognomen Liciniae gen-
tis. libri veteres, & lapides Capitolini: quam-
quam obstat Graeca consuetudo. Graeci enim
Μύραινα

N

NAE, pro, Certe, quidam sine diphthongo scribunt, ex veterum librorum auctoritate, (ut dicunt,) & ex » Donato, in Andriae Prologum. quod non probo. So » sipater enim, lib. 2. Nae dictum existimat, quo modo apud Graecos, Nae: itaq. cum diphthongo scribendum. Praeterea Donati locus non ita mihi perspicuus videtur, ut ex eo, quod ipsi dicunt, elici posse videatur. De veterum vero librorum auctoritate ipsi viderint

NAEVIVS, cum Ae. libri, & lapides

Sorae. I

M. NAEVIO. L. F. ROM
BALBO

NAEVIAE. M. L. APRODISIAE
PIAE

NAEVIO. M. L. PRIMO
IDO. NAEVI. BALBI
TRI. PRIM. LIB

Cyperani, in Templo. 2

OSSA
NAEVIAE. O. L
DIONYSIAE

Pisauri

Pisauri, non procul a Curia Ducis. 3

M . NAEVIO

M. F. PAL. IVSTO

AEDILI. CVR

COLL. FAB. OB

MERITA

M. NAEVI. CERASI

PATRIS

L. D. D. D

Vide & in, CARVS, 43. & in, HERES, 18

Extra Mirabellam, opidum, octavo a Benevento
lapide. 4

D . M

C. NAEVIO. FELICI

FILIO. C. NAEVIVS

FELIX . PATER

DOLES. FECIT

& 5

TVTELAE. V. S

P. NAEVIVS. ADIVTOR

In quibusdam tamen lapidibus simplici E, Naeuius, scri-
ptum est

Romae

Romae, Apud Atilium Delphinium. 6

L. NEVIUS. L. F. VOT
POLLIO

L. NEVIO . L
DIOMEDI

In Ciuitate Portuensi. 7

A E L I A E

S A B I N A E

N E V I A

F O R T V N A

T A . F I L I A E

D V L C I S S I

M E . I N . P A C E

NAVIVS, cum T, familia Romana. lapides Capito-
lini

NEDVM, separatim scribo; quia, sicut, Non multa
Non nulli, &, Non nihil, separatim scribimus; sic
reliqua videntur scribenda, Nonnumquam, Nihil
dum, Non dum, Nec dum, Ne dum

NEFAS, & similia, cum F. lapides

Lanuuij, in Aede Sacra. I

M A V O R T I O
S A C R

Mm I

HOC . SIGNVM
A. SERVO. TANGI
NEFAS. EST

Vide & in, GOTH, I

NEGLIGO, placet; non, ut in antiquis plerisque & lapidibus, & libris, Neglego; aut, Neclego. Dicitur enim, Colligo, Deligo, et similia. Quamuis aliter legatur in sequenti inscriptione

Romae, sub Porticu Capitolina. I

IMP. . CAESARI
VESPASIANO AVG
PONT . MAX. TR. POT. III
IMP. IIX. P. P. COS. III. DES. III
S. C
QVOD . VIAS. VRBIS
NEGLECENTIA
SVPERIOR TEMPOR
CORRVPTAS IN
PENSA SVA RESTITVIT

NEGOTIVM, cum T. Componitur enim ab Omnibus libri, & lapides

Imp. Caef. L. Septimio. Seuero. Pio. Pertinaci. Aug. Arabic. Adiabenic. Parth.

(Max. Fortififimo. Felicififimo

Pontif. Max. Trib. Potef. XII. Imp. XI. Cos. III. Patri. Patriae. et

Imp. Caef. M. Aurelio. Antonino. Pio. Felici. Aug. Trib. Potef. VII. Cos. III. P. P.

(Procos. Fortififimo. Felicififimoque. Principi. Et

Iuliae. Aug. Matri. Aug. N. et. Caefrorum. et. Senatus. et. Patriae. et. Imp. Caef.

(M. Aureli. Antonini. Pil. Felicis. Aug

. Maximi. . Maximi.

Argentari. et. Negotiantes. Boari. Huius. Loci. Qui. Inuehent. Deuoti. Numini.

(Eorum

M m 2

Ad D. Petri

Ad D. Petri, in domo Hortensii

Palini. 2

L . Lepidius . L . Lib. Hermes
 Negotiator . Aerarius . et
 Ferrarius. sub . Aede . Fortunae
 Ad . Lacum . Aretis . et
 Obellia . Threpte

Fecerunt

L. Lepidio. L. F. Pal. Hermerori
 QuI. Vixit. Annis. VIII. Mense. I. Diebus. XII.

(et
 Lepidiae . L . L . Lucillae
 Quae. Vixit. Annis. V. Diebus. VIII
 Fillis. dulcissimis. et. piissimis. erga. se. et
 Lib. Libertabusque. Posterisque. eorum
 Haec. Taber. cum. Aedif. huius. Monum. Tu-

(tela. est
 H. M. siue. Aedificium. quod. est. Heredem.
 (non. sequet

Ad Agonem, in Aedibus Cardinalis Sarraceni. 3

TI . CLAVDIVS . TI . FIL
 HOR . AQVILA . NEGOTI
 ANS. FERRARIVS . HOC. MO
 * NVMENTVM. SE. VIVVS. SIBI. ET
 AELIA. VICTORINAE. CONIVGI
 SVAE. ITEM. SVIS. POSTERISQVE
 SVORVM. COMPARAVIT

Ad Theatrum Pompeij. 4

D . M . S

M. Aurelio. Euretō. Coniugi
carissimo. Qui. V. A. N. LXVIII

M. VIII. Septimia. Felicissima
Vxor. et. M. Aur. Euretus. et
Septimia. Euresis. et. Aur. Pu
dentianus. sibi. carissimo

Negotianti. Pullario

Patri. B. M. F

In Insula Transiberina, in pariete cuius-
dam domus. 5

D . M . S

C. Sen . . . o . Reguliano. Eq. R

Diffus. Oleario . ex. Baetica

Curator . Eiusdem . Cor

poris. Negor. Vinario . Lugu

dun. Et. in. Canabis. Consisten

Curatori. et. Patrono . Eiusd

Corporis . Nautae . Arari

cū *Suetonius*, & *Plinius*, *Proconsulatus*; *Gellius*, *Pro*
consulare, unico verbo, dixerint. *Veteres* cōtrahebūt
PRO. COS. itaq. scriptum in lapidibus *Capitoli-*
nis, & alijs, animaduerti. quae scribendi ratio
molestas *Grammaticorum* quaestiones uitabat. li-
brarij postea, alij, *Proconsul*, variatis casibus; alij
semper, *Pro consule*, produxerunt. Ego libenter
Antiquorum cōsuetudinem imitarer, ne cum alter
utra parte, sui quasi iuris possessionem tenente, liti-
gare necesse habeam. Quod si alter utram ad par-
tem cogar inclinare, libentius scripserim, *Procon-*
sul, *Proconsulis*, *Proconsuli*, et quae sequuntur. in qua
me ualde mouet similitudo; cum *Abnepos*, & *Pro-*
nepos, non *Ab nepote*, uel, *Pro nepote*, omnes di-
cant. quod si hoc conceditur, (nec dissensire quem-
quam video) valeat eadem ratio in *Proconsul*, &
Propraetor, & similibus. *Veteres* autem non mo-
do, **PRO. COS. pro**, *Proconsul*; sed etiam, **P. Q. pro**
Populusque, separatim scribebant: quod nos unico
verbo

verbo scribere omnes consueuimus. Nec me mo-
 net exēplum illud, in oratione, ut opinor, pro lege Ma-
 nilia, cum L. Philippo dixit, se mittere Pompeium
 ad Bellum Mithridaticum, non Pro consule, sed Pro
 consulibus. respexit enim ad originem compositionis
 & ad significationē nominis, non ad usum scribendi
 & loquendi. In epistola x. lib. xvi. Fam. legitur
 Nobis, qui Proconsulibus sumus, negotiū dederat
 ut curaremus. & c. in vulgatis. Quo loco omnes vete-
 res libr, nulla varietate, Proconsules, habent. Di-
 nus autē Augustinus, in libro de Grammatica, Ab
 E, inquit Luera vocali nullum Latinum, nisi iuncta
 praepositione, masculinum inuenitur; ut, Proconsule
 Propraetore. Ergo iuncta praepositione, sunt Latina
 ut dixi, Propraetore, Proquaestore. nam veteres no-
 minatio casu, Proconsul, dicebant; attendentes, nul-
 lum nomen apud Latinos, virilis generis, in exire

Proconsul etiam unica dictione legitur in antiquo lapi-
 de, superiore anno ad D. Stephani in
 Coelio monte effosso. I

populoni

L. Aradio. Val. Proculo. V. C

Auguri

Pontifici. Maiori

Quindecimuiro. Sacris. faciundis

Pontifici. Flauiali

Praetori. Tutelari

Legato. propraetore. prouinciae. Numidiae

Peraequatori. census. prouinciae. Galleciae

Praesidi. prouinciae. Byzaceniae

Consulari. prouinciae. Europae. et. Thraciae

Consulari. prouinciae. Siciliae

Comiti. Ordinis. secundi

Comiti. Ordinis. primi

Proconsuli. prouinciae. Africae. Vice

Sacra. Iudicanti. eidemq. iudicio. Sacro

Per. prouincias. proconsularem. et

Numidiam. Byzacium. ac. Tripolim

Itemque. Mauretaniam. Sitifensem. et

Caesariensem

Perfuncto. Officio. praefecturae. praetorio

Comiti. iterum. Ordinis. primi. intra. palatium

Praefecto. Vrbi. Vice. Sacra. iterum. iudicanti

Consuli. Ordinario

Huic. Corpus. Suariorum. et. Confectuariorum

Auctoribus. Patronis. ex. affectu. eidem. iure. de-

Statuam. patrono. dignam. ponendam. censuit

Antea tamen superioris inscriptionis exemplum ex-
stabat, ad Agrippinam. 2

Populonii

L. Aradio. Valerio. Proculo. V. C.
Auguri. pontifici. Maiori. XV. Vir. fae
Faciundis. pontif. Flabiali. praetori
Tutelario. Legato. Propractore. Prou
Numidiae. peraequatori. Censur. pro
uinciae. Galleciae. praesidi. Prouin
ciae. Byzacenae. Consulari. Prou. Eu
ropae. et. Thraciae. Consulari. Prou
Siciliae. Comiti. Ordinis. secundi
Comiti. Ordinis. primi. Procos. Prou
Africae. Vice. Sacra. Iudicanti. eidē
que. iudicio. Sacro. per. Prouincias
Proconsularem. et. Numidiam. By
zantium. ac. Tripolim. Itemque. Mau
retaniam. Sitifensem. et. Caesa
riensem. perfuncto. officio praef
Praetorio. Comiti. iterum. Ordi
nis. primi. intra. Palatium. praef
Urbi. Vice. Sacra. iterum. Iudican
ti. Consuli. Ordinario
Viri. perfectissimi. et. prin
cipales. et. splendidissimus. Or
do. et. populus. puteolanorum
Patrono. dignissimo
Curante. Sept. Caritone. V. P

Rr 5

Item

Item eiusdem fragmentum, in Aedibus
Atily Delphinij. 3

Lucio. Aradio

Auguri

Pontifici. Maior...

Quindecem. Viro...

Pontifici. Flau...

Praetori. Tut...

Legato. Propr...

... Raeg...

*

*

*

11

In Aede D. Priscae, in Auentino. 4

Honori

Memmio. Vitrasio. Orfito. V. C. Nobilitate. actibus. que. ad. exemplum. praecipuo. Praefecto. Vrbi. et. iterum. Praefecto. Vrbi. Proconfuli. Africae. ac. Tertio. sacrarum cognitionum. Iudici. Comiti. in Consistorio. Ordinis. primi. Legato. secundo. difficillimis. temporibus. petitu. Senatus. et. P. R. Comiti. Ordinis. secundi. Expedition Bellicas. gubernanti. Consulari. Sicil Pontifici. Solis. Pontifici. Vestae XV. Viro. S. F. Consuli. Praetori. Q. K. Omnibusq. perfuncto. honoribus. intra aetatis. primordia. ob. prouidentiam et. Statum. optimum. Vrbi. Romae. ab. eo redditum. Corpus omnium. Mancipum. Statuam. sub. aere. constituit

In Aedibus Maffaciorum. s

.....
 Religiosissimoque
 C. Ceionio. Rufio. Volufiano V.C
 Corr. Italiae. per Annos. octo
 Proconsuli. Africae
 Comiti. Domini. nostri
 Constantini. Inuicti. et
 Perpetui. semper Augusti
 Praefecto Vrbi. Iudici. Sacrarum
 Cognitionum. Consuli

Ad D. Alexij. 6

Vettio. Agorio. praetextato. VC. et. in
 Cofrectori. Tusciae. et. Vmbriae
 Consulari. Lusitaniae. Proconsuli
 Achaiae. Praef. Urb. Praef. Praetori
 Illyrici. Italiae. et. Africae. Cons. designato
 Legato. amplissimi. Ordinis. septies
 Et. ad. impetrandum. reb. arduis. semper
 opposito
 Parenti. publicae. priuati. more. uerendo
 Vt. etiam. Statuae. ipsius. domus
 Honorare. insignia. constitui
 Locarique. curauit

In domo Caesia. 7

Sexto. Petronio Probo
Anicianae. domus
Culmini. proconsuli
Africae praefecto
Praetorio. quater
Italiae. Illyrici. Afri
cae. Galliarum. Con
suli. Ordinario. Con
sulum. patri. Anicius
Hermogenianus
Olybrius. V. C. Consul
Ordinarius. et. Ani
cia. Iuliana. C. F. Eius
Deuotissimi. Filij
Dedicarunt

Ibidem. 8

Sexto. Petronio. Probo. V. C
Proconsuli. Africae
Praefecto. Praetorio
Quater. Italiae. Illyrici
Africae. Galliarum
Consuli. Ordinario
Patri. Consulum
Anicius. Probinus. V. C
Consul. Ordinarius
Et. Anicius. Probus. V. C
Quaestor. Candidatus. Filij
Munus. singulari. religione
debitum. dedicarunt

In hortis Fabianini Montij. 9

Fabio. Titiano. V.C
 Correctori. Flaminiae
 Et. Piceni. Consulari
 Siciliae. Proconsuli
 Prouinciae. Asiae
 Iudici. sacrarum. cog
 nitionum. Comiti. Primi
 Ordinis. Consuli. Ordi
 nario. Praef. Urbis
 Peregrinus
 Serbus. domino. Praest. *At* tissimo.

Ad Agrippinas. x

Populonii

Ille. ego. sum. Proculus

Totus. qui. natus. honori

Aut. dico. qui. sit. honos

Quem. mihi. inesse negas

Collegium. Pistorum

Patrono. Praestantissimo

Hic. bis. Praefectus. . . .

Praefectus. et. idem

Hic. Libyae. idem. Libyae

Proconsul. et. ante

Ter. uice. qui. sacra

Discinxit. iurgia. Iudex

Consul. et. aeterno

Decoravit. nomine. Fastos

Cetera. quid. memorem

Tanto. sub. Iudice. gesta

Cum. Proculum. uideas

Toto. qui. natus. honori. est

Collegium. Suariorum. Patrono

Praestantissimo

In Aedibus Maffaeiorum. XI

D. M

CORNELIAE
 PROCVLA . ET
 PLACIDA . FECER
 L. STERTINIO . QVIN
 TILIANO . ACILIO
 STRABONI . Q. CORNE
 LIO. RVSTICO. APRONIO
 SENECONI . PROCVLO
 PROCONSVLI . PROVIN
 CIAE. ASIAE. PATRI. BENE
 MERENTI

*Ad Bvsta Gallica, in Aedibus Euryali
 Rufinii.* 12

TYRANNIAE . ANICIAE
 IVLIANAЕ. C. F. CONIVGI
 Q. CLODI. HERMOGENIANI
 OLYBRI. V. C
 CONSVLARIS. CAMPANIAE
 PROCONSVLIS. AFRICAE
 PRAEFECTI . VRBIS
 PRAEF. PRAET. ILLYRICI
 PRAEF. PRAET. ORIENTIS
 CONSVLIS. ORDINARIJ
 FL. CLODIVS. RVFVS. V. P
 PATRONAE. PERPETVAE

Ad

Ad Forum Traiani. 13

Saturninio. Secundo. V. C

Praefidi. Prouinciae. Aquitaniae

Magistro. Memoriae. Comiti. Ordi

nis. Primi. Proconsuli. Africae. Item

Comiti Ordinis. Primi. intra. Con

sistorium. et. Quaestori. praef

Praetorio. Iterum. ob. egregia

eius. in. Rem. Publicam. merita

D D. N N. Valentinianus. et

Valens. Victores. ac. Triumfa

tores. semper. Augusti

Statuam. sub. Auro. consti

tui. locarique. iusserunt

C, 14

L. Iulio. L. F. Pal

Iuliano

Praetori. Curatori

Ciuitatis. Interamna

tium. Nartium. pref. a

Minicia. Proconsuli

Prouinciae. Achaiae

Leg. Legionis. Secund

August. Legat. Aug

Propr. Prouinci

ae. Aquitaniae. Con

suli. Officiales

eius. Prouinciae. Aquita

niae. optim. Praefidi

homini. bono

SS I

Pisauri, ad DD. Decentij, & Germani. 15

M. Aufidio. Frontoni
 Pronepoti. M. Corneli
 Frontonis. Oratoris
 Consul. Magistri
 Imperatorum. Luci
 et. Antonini. Nepotis
 Aufidi. Victorini
 Praefecti. Urbis. bis. Consul
 Fronto. Consul
 Filio. dulcissimo

Ausonius quoque Edyll. v. dixit

» Proconsul genitor, Praefectus auunculus instans

PROCILIVS, non, PORCILIVS. libri, & num-
 mus argenteus Aloysii Modellae, in quo est, L. PRO
 CILI. F. & lapides

Romae, ad D. Antonij, prope Aculeam Samanthi

D. M
 VINIAE
 PROCILIAE

Ad D. Thomae, prope Templum Pacis. 2

DIS. MANIBVS
 TI. CLAVDIO. TI. F
 QVIR. PROCVLE
 IANO. BENEME

RENTI. CLAVDIA
PROCILIA. SOROR
FECIT. VIX. ANN. VIII
MENS. IIII. DIEB. XIII

PROELIVM, cum OE. Virgilius Carpensis, lapides Ca
pitolini, & alij

SS 2

L. Sicius. Dentatus . Trib . Pleb. centies. uicies. Proeliatus
 O&ties.ex. prouocatione . Victor . xlv . cicatricibus . aduerso
 Corpore.insignis. nulla. in. tergo. Idem. spolia cepit . xxxvii
 Donatus. Hastis. puris.xlix. Phaleris. xxv. Torquibus. clxxxiii
 Armillis.clx.coronis. xxvi. Ciuicis. xlii. Aureis. viii. Mural. iii
 Opfidional. i. Fisco. aeris. x. captiuis. xx. Imperatores. viii. ipsius
 maxime.opera. Triumphantes.secutus

PROSCENIUM, sine diphthongo. deducitur enim a
Scena. contra tamen antiqui lapides

Vulsinijs I

L. Cominius. L. F. An C. Canuleius. L. F.
T. Tulleus T. F. kanus L. Hirrius. L. F. La
(tinus

III. Vir. Theatrum. Et. profcaenium. de. sua
pecunia . Faciundum . Coerauerunt

PUBLICIVS, &, POBLICIVS, in antiquis lapidi-
bus inuenio: cum tamen, eandem significari gentem
minime dubitem. Sed, quia veteres, primū Poblus
deinde, Publius, dixerunt; hinc & Poblucius, & Pu-
blucius, deducta sunt. lapides Capitolini, & nūmus
argenteus Io. Andreae Aueroldi, & alius Io. Ma-
riae Sculptoris, & alius Matthaei Forerij, & alius
Alexādrī Toti, POBLICIVS, habēt. Mihi posterior
consuetudo, quae suauitatem in pronūciando quae
fuit, magis placet: quam confirmat nummus argen-
teus Andreae Lauretam, & lapides

I

DIS. MAN

D. PVELICIO. ANTIOCHO. ET
PVELICIAE. MVSAE. VXORI
PVELICIA. SP. F. ALBANA
PATRI. ET. MATRI. OPTVMIS
CYM. M. CAESONIO. PRIMO
LIBERTO. FECIT

SS 3

In vico Triupii, Agri Lupien. 2

PUBLICIAE

M. F.

FIRMILLAE

LOCO. DAT. D. D

M. PUBLICIVS. Q. VARINIVS

CVIVS. DEDICATIONE

DATI. SVNT. AB. EA

DECVRIONIB. SING

HS. VIII. N. MVNICIPIB

ET. INCOLIS. SING. HS III

Patavij. 3

ATTIAE. FORTVNATAE

PUBLICIVS

CONIVGI. INCOMPARAB

Brixiae. 4

M. PUBLICIO

M. F. SAB. SEXTIO

CALPVRNIANO

EQVO. PUBLICO

FLAM. DIVI. IVLI

PRAEF. AEDIL. POT

QVAESTOR. AERAR

SACERD. IVVEN. BRIX

COLLEGIA

CENTON. ET. FABROR

Romae, in Aedibus Podocatharorum, prope
D. Luciae Cloacam. 5

Silvano. Dendrophoro. Sacrum
M. Publicius. Hilarus. Margar. QQ. PP. cum. Li-
(ber Is
Magno. et. Harmoniano. Dendrophor. Is. M. D.
(M. de. Suo. Fec. t

Infra Capitolium, versus Forum Traiani
in Tiburtin. 6

C. Publicio. L. F. Bibulo Aed. p. l. Honoris
Virtutis. que . causa. Senatus
consulto. populi. que. iussu. Locus
Monumento. quo. Ipse. postereique
Eius. inferrentur. publice. datus. est

Neapoli. 7

DIS. MANIBVS
IVNIA. D. F. SALLA
VIXIT. ANN. XVIII
D. IVNIV. DONAX. SIBI
ET. PUBLICIAE. LEXI. ET
SVIS

PVELILIVS, non, POBLILIVS, familia. lapides
Capitolini, & alij: & si ydem lapides, paullo post
POBLILIVS habeant. vide, in, DESIDERO, 2

SS 4 Romae

Romae, in Aedibus Domitij Caualery 1

PVBLILIAE. TRANS

TIBERINAE. CONIVGI

KARISSIMAE. ET. ONESI

ME. CONLIBERTAE. N. PV

BLILIYS. FELIX. FECHT

ET. SIBI. ET. SVIS. LIBER

TIS. LIBERTAVSQUE

POSTERISQUE

FORVM

Q. scriebant

Q

Q. scribebant veteres, cum copulantem particulam
Que, significarent: quod & lapides Capitolini, &
alii, qui &, Que, producte habent, plane testantur

Romae, In Aedibus Atily Delphinij. 1

SEP. AVG. LIB. ZIBI . . .
PRAEP. CURSORVM . . .
.
EIVS. SE. VIVO. FECER. ET. FIL..
POSTERISQ. SVIS. ET. LIBER...
LIBERTAB. Q. POSTERISQ. . .

In domo Vincentij Palumbij, ad D. Mariae
in via. 2

D . M
L . RVSTIO . PHILETO
AEMILIA . ARGYRIS
CON. B. M. ET. SIBI
LIBERTIS
LIBERTABVS QVE
POSTERISQVE. EORVM

Iuxta Aedes Carpensēs. 3

L. TVLLIVS. POLYNICES. ET
TVLLIA. ILARA. ET. TVLLIVS. PACATVS

Sf 5

ET. TVLLIVS. PACATVS. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE . POS
TERISQVE . EORVM

Ibidem. 4

D. M. S.

AEFLANAE. MARCELLAE. FIL
VIXIT. ANN. IIII. MEN. VI
FEC. AEFLANA. LVPA. MATER
ET. SIBI. ET. SVIS. POSTERISQ
EORVM

Ad D. Mariae, in Foro Iudaeorum 5

D. M. S.

T . BVRRENIUS
PHILIPPVS . FECIT
SIBI. ET. SVIS. ET. LI
BERTIS . LIBERTABVS
QVE. POSTERISQVE . EORVM

Ad D. Clementis. 6

DIS. MANIE
MANNEIA. LESEIA
FECIT
SIBI. ET
POSTERISQVE. SVIS

Ibidem

Ibidem. 7

...lio . P . Asmuria. Fecit
 ...P . Cornelio . Crescen
 ...Vixit. A. IIII. M. V. D. X. et. P. Co.
 ...ercurio. Patrono. benemere
 ...is. Libertabusque. Suis. pos
 terisque. Eorum
 In. Fr. P. VI. In. Ag. P. XII
 ... M. H. N. S

Via Flaminia. 8

M . VERRIVS . VENVSTVS
 ET. M. VERRIVS. DECEM
 BER. FECERVNT. SIBI. ET. LIBER
 TIS. LIBERTA Q. POSTERQ. EORVM
 H. M. D. M. A

In Foro piscario, ad D. Angeli, in pariete
 domus. 9

D . M
 VLPIA . RODOPE
 FECIT. SIBI. ET . SVIS
 ET . LIBERTIS . LIBERTA
 BVSQVE . POSTERISQUE
 EORVM

Ad

Ad clium Capitolinum, in Aed. Lucij Buc-
cabellae. x

D M
C. Asinio. C. F. Prisco. Vixit. An. XX. et
Asinia. C. F. Iuuenillae. Vix. An. XXII
Fils piissimis Fecerunt
C. Asinius. Chryseros. et . Cincia
Eutyichis. Parentes. et. Sibi. et. Suis
Libertis. Libertabus Posterisq
Eorum Locus Emptus
A. Libertis. et Libertabus
Iuliae. Epiphaniae .

Ad D. Mariae, Trans Pontem XI

Dis. Manibus
Ser. Rubellio Antho
Vix. Ann. XXX. D. LVII
Rubellia. Laudice Mater
Filio. suo. piissimo. et
sanctissimo. et
Sibi. et. Suis. Libert. Libertab
posterisque. Eorum
In. Fr. P. X. In. Ag. P. III

Ad D. Celsi. 12

Q. TREBONIUS. Q. L. CLA. ARISTO
EX. PATRIBVS. LIBERTINIS

SIBI. ET. SVIS. LIB. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE. EORVM

In Aed. Bruti Vall. 13

D . M

M . POLLENNIO
SARINO . APONIA
ET . M . POLLENNIVS
PRISCVS. PATRI. B . M
. . . . SIBI. ET. SVIS. LIBER
Q. POSTERISQ . EORVM

Ad Cloacam D. Luciae, in domo Podocatharorum. 14

L . Precilio . Romano
Vixit. Annis. viiii. Mensib. viii. Diebus. xii
L . Precilius . Apollonius . et
Fabia . Tachine. Filio . Dulcissimo
Fecerunt. et. Sibi. et. Callistus. Frater. Eius
et. Suis. Libertis. Libertabusque. Posterisque
Eorum. H. M. D. M. A

*Prope viam Iuliam, in Foro negotiatorio, in Pariete
quodam.* 15

Vlpio . Marcioni . et. Lib
ertis. Libertabus. que. Eius
Fecerunt. Peianus. Frater
Et Euhodus . et. Iustus
Liberti. Patrono . Bene

Merenti. et. Suis. Libertis
 Libertabus. Que . . . Poste
 risque. Eorum

Ad D. Pauli. 16

D . . M

Memoriae

M. Tefsi. Secundini
 et. Fel. prisca. Fecit

M. Tefsius. Priscus
 Parentibus. Pientis
 fimis. et. Sibi. Lib
 Libertabusq. Poste
 risque. Eorum

et. C. Fl. Vilius. C. L. Fileros. Sibi. et
 Suis. Libertis. Libertabus. Posterisq
 Eorum

Ibidem. 17

DiIs. Manibus

Sallubio . . . Agathon

Sallubia . . . Helpis

Fecit. Sibi. et. Suis

Libertis : Libertabusqu..

et. Filis. Filiorum. Posterisq

Eorum. ne. de. nomine. exiet

*Ad D. Mariae Cruciferorum, ad Fontem
Triuij. 18*

D . M . S
 CLAVDIA . ZORTE
 FECIT . SIBI . ET AVRELIAE
 SERENILLAE . FILIAE . SVAE
 DVLCISSIMAE . ET . LIBERT
 LIBERT . POSTERI . Q . EORVM

Ibidem, ex alio latere. 19

D . M
 M. Vlpio. Aug. Lib. Dionysio
 Qui. fuit. ab. Auraturis
 Vix. Ann. xxxv. Men. v
 Vlpia. Aug. Lib. Herois
 Coniugi. Karissim . et . plentissim
 de. Se. B. M. cum. quo . Vixit. sine. ulla. querel
 Ann. xxv. et. M. Vlpius. Dionysius. F. Fecer. et
 Sibi. et. Suis. Lib. Libertabusq. posterisq
 Eorum. In. Fr. P. XII. In. Agr. P. XII

Trans Tiberim. 20

D . M
 Macariae . Heliodoro . Heliodo
 rae. Filis. piissimis. Fecerunt
 M . Petronius. Chesimus. et . Etete
 Parentes, ex . indulgentia. Domi
 et . Patroni . Surae . Mamertini

Qui. locum. dedit. et. donavit
 et. Sibi. et. Libertis. Libertabus. Poste
 risque. Eorum. H. M. H. N. S
 In. Fronte. ped. VIII. In. Agr. ped. VIII

In Taberna quadam, prope Fontem Iulij III. 21

A. LARCIVS. CHRESTOS. ET. HER
 ILIA. PRIMA. ET. LARCIVS
 SAEVERVS. SE. VIROS. FECERV
 NT. SIBI. ET. SVISQVE. OMNIBVS
 LIBERIS. LIBERTIS. LIBERTABVS
 QVE. POSTERISQVE. AEO
 IN. FR. P. VIII. RVM. IN. AGR. P. XI

*Via Flaminia, quae ducit ad Pontem Mul-
 niurum. 22*

DIS. MANIB
 SACR. Q. CORNE
 LIVS. HERMA. ET. CAS
 SIA. LAIS. FECERVNT
 SIBI. ET. SVIS. LIB. LIBERTA
 BVS. POSTERISQVE. EORVM
 HOC . MONUMENTVM
 EXTRAERVM. HEREDEM. NON. SEQVITVR

A Praeneste

Praeneste tertio lapide, extra opidulum, quod vulgo Zagaruoli dicitur, in Ecclesia, allatum ex Nymphaeo, quod sub radice Montis fuit ubi adhuc fons pulcherrimus. 23

C . . . AVRVNCEIV . . .

COTTA

COLONIS. INCOLIS. HOSPITI . .

ADVENTORIBVS . . . SERVISQV.

EORVM

LAVATIONEM. EX. SVA. PECVNIA

GRATVITAM. IN. PERPETVOM. DEDIT

Aquini, ad Cathedr. Eccles. 24

. . . LIO. Q. F. SATVRNIN

. . . F. QVINO. TI. CAESARIS. AVG

PONTIFICI. QVAEST. H. VIR. I. D.

LIBERISQ. EIVS. OB. MVNIFICENT

ET. MERITA. ERGA. REMPUBLICAM

D. D. PVELICE

Neapoli. 25

MAGNIA . . . IRONIA

SIBI . . . ET . . . MAGNIO . . . F.

LIB. SVO. ET. LIB. LIBERTABVS

QVE . . . SVIS . . .

T 1

♣, Romae. 26

D . M

C. IVNIO . THALAMO

POSTERISQVE

EORVM

♣. 27

ONESIMO . QVI

VIX. AN. XI. M. X. D. XXII

H . IX. ET. MAXIMILLAE

SORORI . EIVS . QVAE

VIX. A. IX. M. X. H. III

Q. VALERIVS. EPTYCHES. ET

VALERIA. DAPHNIS. F. PIIS

FECER. ET. SIBI. POS. ERQ. SVIS

IN. F. P. XIII. S. IN. A. P. XIII. S.

♣, 28

TI . CLAVDIVS. AVG. I

PALLAS

HVIC. SENATVS. OB. FIDEM

PIETATEM . QVE . ERGA

PATRONOS . ORNAMENTA

FRAETORIA . DECREVIT

ET. HS. CENTIES. QVIN

QVAGIES. CVIVS. HONORE

CONTENTVS. FVIT

☉, 29

C. Valio

Polycarpo

Ornamenta . . . Decurio

natus . inlustratus . . . a

splendidissimo . . . Or

dine . Arimin . . . Patron . . .

VII. Vicorum . Item . . . Col

legior . Fabr . . . Cent

Dendr . . . Colon . . . Arim . . .

Item . Ornamenta . . . Decurio

natus . inlustratus . . . a

splendidissimo . Ordine . Pi

saurens . Patrono . . . Collegi

orum. Fabr. Cent. Dendr. Naue

et. Vicimag. Colon . Pisaur

Plebs. pisaur. ob. merita . Cuius

dedicat. sportulas. Decur. * v

Itemq. CollegiIs.*. plebi. *. I

dedit

L. D. D. D. P

☉, 30

D . M

Q. POMPEIVS. METROBIVS. ET

HELVIDIA. VICTORIA. ET

Q. POMPEIVS. VICTORINVS

FILL. ADIECTO. PODISMO

Tt 2

ET. ADAMPLIATO. FECERVNT
 * SE. VIVOS. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
 LIBERT. POSTERISQ. EORVM

¶, 31

D . M
 L . OSTORIO . FELICI
 L . OSTORIVS . FORTVNATVS
 PATRONO. F
 ET . SIBI
 ET . SEPPIAE . PYRALLIDI
 CONIVGI . SVAE . ET
 OSTORIO. AVGVSTALI . N. L
 LIBERTO. ET. OSTORIO. CHRYSIDI. ET
 OSTORIO. IANVARIO . LIBERTIS
 LIBERTABVSQ . POSTERISQ
 EORVM

¶, 32

T . FLAVIVS . QVIRINA
 HERMOGENES
 ET . VALERIA . CHRESTE
 T. FL. MAXIMO
 FILIO. SVO. PIENTISSIMO
 ET. DVLCISSIMO
 VIXIT . ANNIS . XI
 MENSIBVS. VII. DIEBVS. VIII
 ET. SIBI. POSTERISQVE. SVIS

⊕, 33

D . M

A . FABIVS . HERMES
 FABIAE . HOREAE
 CONL. SVAE. B. M . F
 ET . SIBI . LIBERTIS
 LIBER. POSTERISQ. EORVM

⊕, 34

D . M

M . QVINTILIO
 VITALIONI
 FILIO . PIENTISSIMO
 QVINTILIA . ANTHYS
 FFCIT
 ET . ANTHYS . PATER
 SIBI. ET. SVIS

POSTERISQVE . EORVM

IN. FRONTE. P. VI. IN. AGRO. P. VI
 VIX. ANN. XV. MENSIB . X
 D . XXVIII . HOR . I

⊕, 35

ANTONIAE. CLEMENTINAE . VX
 P. RVFIVS. FLAVS. M. F. ET . S
 VIVVSQ. MEMORIAM . PERPETVAM
 HORTOS. COHAERENTES. SIVE. SVBVRBANVM
 TRADIDIT. LIB . LIBERTABVSQ

Tt 3

EX. FAMILIA

MARVLO ANTIOCHO
 HELENAE TERTVLLINAE
 EXCEPITQ. NE. QVIS. EOS. VENDERET
 SET. PER. GENVS IPSORVM
 POSSESSIO DECVRRET
 VEL PER ATNATOS
 VEL MANVMISSOS

QVAMOBREM, QVEMADMODVM, *Sicut, Sic-
 uti, Velut, Veluti, Quamprimum, Quamplurimum
 Quamplures, Quamdoctissimus, Perbelle, Perde-
 ete, Admodum, Propterea, & similia, unica di-
 ctione scribo: quae, cum sint composita, vsu tamen
 in unam naturam coi'erunt. libri, & lapides*

QVATTVOR, duplici TT. *Virgilius Carpensis, Pan-
 dectae, Poetae, & lapides. I*

Priscus. manumissus. ad. Consilium. pro-
 curatorio. nom. apud. Domitianum
 in. secundum. Cos. exercuit. Decurias
 duas. Victoria. Consulares. C. Cor-
 nelio. Prisco. F. habenti. Equum. pu-
 blicum. Corneliae. Zosimae. Matri
 eius. habentibus. quattuor. Libero-
 rum. beneficio. Caesaris. Libertis. Li-
 bertabus. Posterisq. Suis. Eorumque

Q, 2

Memoriae

Torquati . Nouellini. P. F
 Attici. X. Viri. Stlit. Iud
 Mil. Leg. I. Trib. Vexillar
 . . . uattuor I.V.XX.XXI. Q. Aed
 . . . ad. hast. Cur. Loc. public
 . . . ocens. accip. et. dilect. et
 . . . s . . . prouinciae . Narbon
 . . . us . . . honoris . . . fine
 Annum. agens. XXXXIIII
 Iulii. decessit

Vide & in, BAETICA, 4

QVEROR, sine diphthongo. libri veteres, & lapides
 vide, in, MAEREO, I

QVERELLA, sine diphthongo, & duplici LL. libri
 veteres, Virgilius Carpensis, & lapides. Eodem mo
 do & Loquella, in Virgilio Carpenſi, Aen. lib. 4

Romae, ad Montem Iordanum. I

D . M

D. IVNIO. PRIMIGENIO

QVI.VIX.ANN.XXXV

IVNIA. PALLAS. FECIT

CONIUGI. KARISSIMO

T f 4

ET. PIENTISSIMO

DE. SE. BENEMERENTI

CVM. QVO. VIXIT. ANNIS

XV. MENSES. VI

DVLCITER. SINE. QVERELLA

Ad D. Mariae Gratiarum, infra Capitolium. 2

DIS. MANIEVS

LVSIAE . GLAPHYRAE

VIXIT. ANNIS. XXXIIX

TI . CLAVDIVS . FAVSTVS

CONIVGI. OPTIMAE

CVM. QVA. VIXIT. AN. XIIX

MENSE. I. DIEBVS. XXIIII. SINE. VLLA

QVERELLA. FECIT. ET. SIBI

In Coenobio D. Paulli, via Ostiensi. 3

Titiae. Niceni. Titutius. Callistus. Lib. Beneme-

(rent

Fecit. Cum. qua. Vix. A. L. sene. Querella

Ad D. Marcelli. 4

P . AELI . AVG . LIB

AELIAE. CONIVGI

B . M

CVM. QVA. VIXIT. ANN . XXXX

SINE. VLLA. QVERELLA. ET. S. ET. L. L. P. E

6

⊕, 5

DIS. MANIBVS

CLAVDIAE . SYMPHERVSAE

CONIVGI. SANCTISSIMAE

TI . CLAVDIVS . IALYSVS

CVM. QVA. VIXIT

ANNIS. XXXIII. SINE. QVERELL

VIXIT. ANNIS. XLVII

SIBI. ET. SVIS

⊕, 6

Annia. Cypris. Monumentum. Fecit. M. Aemi-

(lio

Coniugi. meo. Cum. quo. Vixi. Annis. L. sine.

(ulla. querella

Sibi. et. Suis. Libertis. Libertabusque. nostris

Posterisque. Eorum. Hoc. Monumentum. ne. de
nomine. ex fiat

In Suburbio Reatino . 7

D . M

CORNELIAE . DORCADE

M. AVRELIVS . PAVLLVS

CONIVGI. INCOMPARABILI

CVM. QVA. VIXIT. ANNIS

XXXVII

SINE. VLLA . QVERELLA

Tt 5

Male tamen in sequenti QVAERELLA, cum diphthongo, legitur

In hortis Carpens. 8

MARCVS . D . M .
 CORNELIVS . IOVI . FO
 RTVNATVS . IV
 LIAE . CRESCEN
 TINAE . COIVGI
 BENEBERENTI
 QVAE . MECVM
 VIXIT . ANNIS . XV
 SINE . VLLA . QVAE
 RELLA

QVID QVID, & QVID QVAM; non, Quicquid
 aut, Quicquam. dicimus enim, Quodque, & Quid-
 que. quamquam video etiam in verbo Acquivo
 D in C mutari. Sed haec non satis firma ratio vide-
 tur: cum scriptum etiam in antiquissimis monu-
 mentis animaduverterim, Adquiro; & si, Acquiro
 scribam. Accedit illa ratio, quod in, Quisquis, a
 quo Quidquid deducitur, nullam litteram muta-
 mus. nec dici potest, in Quidquid ideo mutari D in
 C, ut pronunciatio leniatur. nam mihi quidem so-
 nus aliquanto asperior videtur in, Quicquid, quam
 in Quidquid. Confirmant nostram opinionem Quin-
 tilianus, lapides, & Virgilius Carpensis, in 2
 Aen. ibi
 » Quidquid id est; timeo Danaos, & dona ferentes
 Interamnae

Interamnae, ad Maximum Templum. 3

T. FL. T. F. CLV. ISIDORO. EQ.
 ROM. PATRI. DVORVM. EQ. PVE
 OMNIBVS. HONORIEVS. HONESTE
 FVNCTO. QVINQ. II. AVGVRI
 SACER. PONT. PRAET. SACROR
 PATRONO. MVNICIPI . INTE
 RAMNAT. NART . CASVENTI
 NORVM . VINDENATIVM
 V. B. ET. QVIDQVID. IN. EGRE
 GIVM . HOMINEM . LAVDIS
 DICI. POTES. IN. HOC. SIT
 BENEFICIO . NATVRAE
 CONLATVM . POSSESSORES
 INQVILINI . NEGOTIANTES
 * VIAE . STRATE . CVLTORES
 HERCVLIS . RARISSIMO
 L. D. D. D

*In antiquo tamen lapide, cuius sequitur exemplum
 QVICQVID cum C. scriptum est*

A. Socconit. Atticae. Liresto
 V. F. Sibi. et. Patrono
 miae. hoc. Titulo. PaT onum
 pietatis. honorat. quicquid
 est. gratum manibus. obsequium
 non. iussu. tamen. nec. uoce

rogata. hic. obii... ui. Libertae

Suavis. Patronus

Q. Camurio. C. Hostilio. ☉

L. Primo. Speciluncul

In. Fr. p. XII

In. Agr. p. XVI

H. M. H. N. S

QVINCTVS, QVINCTIVS, QVINCTILIVS
QVINCTILIANVS, &, QVINCTILIS, cum et
scribo; secutus lapides Capitolinos; & alios; est
quidam lapides sine c. Admonet enim Etymologia
ut, quemadmodum a Relinquo, Relictus, a Coquo, Co-
ctus; sic, a Quinque, Quinctus, deriuemus

Romae, in Aedibus Capranicorum. I

L. Antistius. Cn. F. Hor. Sarculo Antistia
Salius. Albanus. Idem. Mag. Saliorum. L. L. Plutia
Rufus. L. Anthus. L. Imagines. de. suo. fecerunt.
(Patrono. et. Patronae. pro. Meritis
Eorum

L. Antestius . Cn . F. Hor
Sarculo . Salius . Albanus
Antistia. L . L . Plutia
Fusia . P. F. Tertia. soror
L. Antestius. L. L. Quinctio

L. Antistius. L. L. Rufus. L. Antistius. L. ☉. L. Tha-
(myrus

L. Antistius. L. ☉. L. Anthus. L. Antistius. L. L.
(Eros. Cappadoxs

Repert. in Foro Romano, ad Aedem Saturni, nunc
prope Aedes Farnesianas. 2.

Imp. Caesar. DIU. F. Augustus
Pontifex. Maximus

Imp. XIII. Cos. XI. Trib. Potest. XV

Ex. Stipe. quam. Populus. Romanus

Anno. nouo. Apfenti. contulit

Nerone. Claudio. Druso Cos

T. Quinctio. Crispino

Volcano

Ferentini

Ferentini, in Latio, in vinea. 3

A . . . Quintilio . . . A . . . F
 IIII. Vir . . . aed . . . Pal. . . prisco . . . Vir . . . Iure
 Dic . . . IIII . . . Vir . . . Quinq . . . Adlecto . . . Ex c
 . . . ius. ob . . . Eximiam . . . Munificent . . . quam. in. Munic
 suos. contulit. senat. statuum. publice.ponendam.in.Foro.ubi.ipse
 uellet.censuere.H.A.I. R . . . Hic. ex. s. c. fundos. Ceponian
 et. Roianum. et. Mamian. et. pratium. ex. Osco. Ab. R. P. Redem
 H.S. IXX. M. N. [tinavit. R. P. Reddid.Ex. quor.Reditu.de.H.S.IV.M.CC
 Quod.anNs.vi.Id.Mai.die. natal. suo. perpetuo. daretur. praesent
 Municipib. et. Incol.et. Mulieribus.Nuptis. Crustul. p. i. Mulsi. Hem
 Et. circa. Triclin. Decuriones. Mulsum.Et. Crustul. sportul. H.S.X. N

Item. puer. Curiae. Increment. et. VI. Vir. Aug. Quibusq. V. V. E. Crust
Mulsim. et. HS. VIII. N. et. in. Triclin. Meo. Ampl. in. sing. H. HS. 1. N. Et. In. Orn
Statuae. Et. Imag. Mear. Res. p. perpet. HS. xx. x. N. Inpend. Arbitr. IIII. Vir
Aedilium. Cur. Fauorabil. Est. Si. Puer. Plebeis. sine. distinctione. L. ber
tatis. Nucum. Sparson. Mod. xxx. et. ex. Vini. Vinis. vi. Potionum
Eministration. digne. Incrementis. praestiterint

Ratio

971

in

In Agro Veronen. 4

V . F
QVINCTIVSC . L
LICINIAE

MAIORI

♁, 5

C. Curtius. P. F. Pal. Nerua. I III I. Vir

P. Silius. P. F. Arnien. Paetinus. I III I. Vir

C. Rustius. C. F. Quartus. Vel. I III I. Vir

T. Flavius. T. F. Arn. Sabinus. I III I. Vir

Aram. et. Sign. Via. Quinct. D. D

♁, 6

Senatus. Populus. que. Romanus
Imp. Caesari. Diui. Iuli. F. Cos. Quinct
Cos. design. Sext. Imp. Sept
Republica. conseruata

♁, 7

Imp. Caesar. Diui. F. Augustus
Pont. Max. Trib. Pot. XXX
Imp. XV. Cos. XIII. Pater. Patr
P. Lentulus. Cn. F. Scipio. Cos
T. Quinctius. Crispinus. Valerianus
Ex. s. c. faciundum. Cocrauere
Eidemque. probauer

Contra

Contra tamen in sequentibus

Romae, ad D. Marci. 8

C. FVL. QVINTIA. C. FVLVINA
C. FVLVINIVS. C. L. EROS

*In Aed. Hier. Spannochi, ad Aculeam
Samauth. 9*

D . M

QVINTILIAE . SATVRNINAE
G. VALERIVS. TERMINALIS. CONIVGI
SVAE. CARISSIMAE. FB

*Ad Aquam Virg. in hortis Paulli
Bubali. x*

. . MMIDIO

H E R M E T I O N I
FECIT

M . QVINTILIVS
A G A T H Y R S V S
AMICO . KARIS

Ad D. Mariae, Trans Pontem. XI

DILS

MANIBVS

Q. AVLI

QVINTILIANE

P u I

Ad Agonem, in Ecclesia D. Agnetis. 12

D . M

Q. LVCRETI. QUINTIANI

SCRIB. LIBR. ET

VALERIAE . ZOES

Praeneste. 13

T. MASCLIVS

QVINTVS

SACRVM

QVO MODO, & QVOQVO MODO, & similia, quis dubitet separatim scribenda esse? sicuti etiam scribitur, Quodam modo. Eiusdem generis sunt, Si quis Prius quam, Postea quam, Ante quam, Propterea quod. quod libri veteres videntur confirmare

QVOTIES, non, QVOTIENS, item & TOTIES ex aurium suauitate, scribo; & ex lapidibus. Vide in, TRIUMPHVS, 2. Contra tamen in quibusdam Vide, in, DESIDERO, I

QVOTIDIE, quod componitur ex Quoto die, cur non scribam, cum Antiquis? Quintilianus enim Aetate sua Cotidie dictum significat. uerum enim in hoc uetustior em consuetudinem magis probo. alioqui, ut, Cotidie, sic & dicendum esset, Cotan
nis

nis. quod ineptum, & contra consuetudinem esset
 assentiente Virgilio Carpenfi. lapides, COTTI-
 DIANVS, habent. Vide, in, DESIDERO, 2. Quot-
 tidie uero duplici T T, Poëtae scribunt, metri caus-
 sa: ut, in, RELIGIO, RELIQUIAE, RETTV-
 LIT

R

RAETI, Populi, cum Ae diphthongo. libri Graeci
& lapides

Prope Caietam, in Templo rotundo. 1

L. Munatius. L. F. L. N. L. Pron
Plancus. Cos. Imp. Iter. VII. Vir
Epulon. Triumph. Ex Raetis. Aedem. Satur-
(ni
Fecit. De. Manubiis. Agros. diuisit. in. Italia
Beneuenti. In. Gallia. Colonias. deduxit
Lugdunum. Et. Rauricum

Messanae, in Sicilia. 2

L. BAEBIVS. L. F.
GAL. IVNCIVS
PRAEF. FABR. PRAEF
COH. IIII. RAETORVM
TRIB. MILIT. LEG. XXII
DEIOTARIANAE
PRAEF. ALAE. ASTYRVN
PRAEF. VEHICVLORVM
IVRIDICVS. AEGYPTI

REGIVM, Italiae opidum, sine Adspiratione

RELIGI

RELIGIO, unica L. libri, & lapides. Poëtae addunt L, ut producat^r prima syllaba, quae brevis natura est

Romae, in Ianiculo, ad D. Onuphrij. 1

DIS. MANIBVS

M. ACVTIVS

SALVTARIS

FECIT. SIBI. ET. TVRVLLIAE

CONIVGI. SVAE

BENE. VALEAS. RELIGIOSE. QVI

HOC. LEGIS

BENE. SIT. FILIS. FILIABVS. MEIS

QVI. ME. BENE. COLVERVNT

In Aedibus Colotianis. 2

M . AVR . VICTORI

C. V

PRAEF

FERIAR

LATIN

SACERDOTI

DEI

SOLIS

RELIGIOSISSIMO

L . OVIVS . CALLIDIANVS

CONDISCIPVL. PATRONO. DIGNISSIMO

In Aedibus Porcariorum. 3

HAEC. AEDIFICIA. PROPRIA

COMPARATA. FACTA

DICTAQ. SVNT. MONVMENTI

Vh 3

SIVE . SEPVLCHRVM . EST . ET
 OLLARVM . QVAE . IN . HIS . AEDIFICIIS
 INSVNT . ET . CONSECRATAE . SVNT
 RELIGIONISQ . EARVM . CAUSA . A
 C . COMINIO . SYMPHORO
 ET . LIBERTIS . LIBERTAVSQ
 POSTERIS . EORVM

In Aedibus Hieronymi Pichij. 4

Fl. Publiciae. V. V. Max
 Sanctissimae. et. piissimae
 ac . super . omnes . retro
 religiosissimae . purissimae
 castissimaequae
 cuius . religiosam . curam
 Sacrorum . et. Morum . praedi
 cabilem . disciplinam
 Numen . quoque . Vestae . conprobavit
 Q. Veturius . Memphius . V. C
 Fictor . V. V. dignationis . erga . se
 honorisque . causa . plurimis
 in . se . conlatis . beneficiis

In sinistro latere

Coll. V. Idus MarT
 Imp. Caes Pio. Felic. II. et
 nobilissimo. Caes. Cos

⊗, 5

Iulio. Postumiano. C. V. P. P
 Dei. Solis. Inuicti. Mithre
 xv. uiro . S. F. Pontifici
 Dei. Solis. Ordo . Sacer
 dotum . Magistro . suo
 Curante. et. Dedicante
 Flauio . Herculeo. VIRO
 Religiosissimo

Vide ⊗, in, PROCONSUL, 5. ⊗, in, VETTIVS, I

RELIQUIAE, unica L. fit enim a Reliquo. Poëtae
 addunt L, ut prima syllaba producat. alioqui lo
 cum in carmine non haberet. lapides

Romae, ad Campum Florae, in pariete
 domus cuiusdam. I

M Vlpio. Aug. lib. Phaedimo
 DiuI. Traiani. Aug. A. Potione
 Item. A. Lagunae. et. Tricliniarch
 Licitori. proximo. et. A. Comment
 Beneficiorum. Vixit. Ann. XXVIII
 Abscessit. Selinunte. pri. Idus. Augus
 Nigro. et. Aproniano. Cos
 Reliquiae. treiectae. eius
 III Nonas. Febr. ex. permisso

Vn 4

Collegij. Pontificum. piaculo. facto
 Catullino. et. Apro. Cos
 Dulcissimae. memoriae. eius
 Valens. Aug. Lib. Phedimianus
 A. Veste. Ben. Mer. Fecit

*In Aedibus Paulli Pini, ad D. Mariae
 Rotundae. 2*

RELIQVIAE
 CINNAMI. TI
 CAESARIS. AVG
 FAVSTIANI

Sutrij. 3

D. M
 RELIQVIAE. CORPORIS
 M. TARQVINI. CRISPI
 FRONTONIS. C. L. III. VIRI
 CAP

♁, 4

TROPHIMIANVS. RELIQVIAE. PVE
 RI. QVONDAM. PHRYGII. PASTO-
 RIS. VIXIT. ANNIS. DVODECIES
 SENIS. NAM. TERTIVM. ABSTV-
 LIT. ILLVM

Vide ♁ in, CONDICIO, 2. ♁ in, LETVM, I

REPREHENDO

REPREHENDO, sine diphthongo, & cum Adspira-
tione, contra veteres aliquot libros. corripitur enim
in secunda syllaba apud Poëtas

RETVLIT, in soluta oratione; RETTVLIT
in carmine. nam natura sua, cum deducatur a
Refero, facit Retuli. sed Poëtae addunt T ad pro-
ducendam primam syllabam, sicuti addunt I. in
Religio, & Reliquiae. Rettulit tamen, du-
plici TT, est in Capitolino Marcelli Triumpho
& in sequenti inscriptione

Neapoli, in Aedibus Hadriani
Gulielmij. I

C. DOMITIO. DEXTRO. H. L. VALERIO
MESSALLA. THRASIA. PRISCO. COS
VI. IDVS. IANVAR
IN. CVRIA. BASILICAE. AVG. ANNIAN
SCRIBVND. ADFVERVNT. A. AQVILIVS
PROCVLVS. M. CAECILIVS. PVBLICIVS
FABIANVS. T. HORDEONIVS. SECVND
VALENTINVS. T. CAESIYS. BASSIANVS
QVOD. POSTVLANTE. CN. GAIO. PVDE NI
O. V. DE. FORMA. INSCRIPTION. DAN
DA. STATVAE. QVAM. DENDROPHOR
OCTAVIO. AGATHAE. P. C. N. STATVE
RVNT. CN. PAPIRIYS. SAGITTA. ET. P
AELIVS. EVDAEMON. II. VIR. RETTVLE

Vu 5

L E R V N T . Q . D . E . R . F . P . D . E . R . I . C
 P L A C V I T . V N I V E R S I S . H O N E S T I S S I M
 C O R P O R I S . D E N D R O P H O R O R V M . I N
 S C R I P T I O N E M . Q V A E . A D . H O N O R E M
 D A R E . Q V A E
 S E R T A . E S T

RHEGIVM, *Siciliae opidum, cum Adspiratione. Strabo lib. VI. derivat ῥῆ τῆ Παγλῶναι, idest a Frangendo. libri, & lapides*

I
 Ti. Efruenus. Ti. F. Sabinus
 Testamento. Legavit. Municipibus. Rheginis

Tegeani, in Calabria. 2

Viam. Feci. A. Rhegio. Ad. Capuam. Et. In
 Ea. ponteis . Miliaria . Tabularios ue
 poseiuei. Sunt. A. Rhegio. ad. Capuam. Mil
 CCLXXXV. Hincce. ad. Columellam. Mili-
 (aria
 ccx. A. Bibona. ad. Locros. Miliaria. xxxv
 A. Freto. ad. Syllam. Miliaria LX. idemq
 feci. ut. ex. agro. poplico. aratoribus
 cederent. pastores

ROBIGO, non, RVBIGO. unde veteres Robum dixerunt
 teste Festo Pompeio. Virgilius Carpensis

ROMILIVS

ROMILIVS, non, ROMVLIVS, familia Romana. li
bri veteres

RVFVS, RVFINVS, & RVFINIANVS, unica F. sex
nummi argentei Andreae Lauretani. in primo est
RVFVS. III. VIR. in secundo, RVFVS. in tertio, RV
FVS. S. C. in quarto, Q. POM. RVFVS. COS. in
quinto, Q. POMPEIVS. RVFVS. COS. in sexto, L.
SERVILIVS. RVFVS. & tres item argentei Rinaldi
Odonij, duo sic inscripti, RVFVS. III. VIR. tertius
autem, Q. POMPEI. Q. F. RVFVS. COS. & lapsi
des

Romae, infra Capitolium, ad D. Mariae
in Ara caeli. I

C. Terentio. C. L. pamphilo
Sacarro. post. Aedem. Castoris
Calpurniae. D. L. Salviae
Mariae. L. F. Rufae
C. Terentio. C. L. Rufioni
Terentiae. C. L. Polini
C. Terentius. C. L. Eros
Ieis. omnibus. qui. supra. scripti
Sunt. et. Sibi. Faciundum. Curavit

In hortis Carpens. 2

Structura. cum. Munitura. Sartophagi. Veturi
Felicis. P. P. suis. impendis. fecit. Felix. Aug. Lib

Adiut. Tabul. A. Rat. qui. sortitus. est. In. Con-

(tubern

Suo. Arriam. Rufinam. quae. fuit. Vxor. Eiusd.

(Vet. Felicis

Locus. concessus. ab. T. Ael. Asclepiodoto

Ibidem. 3

C. NVMICIVS. C. L

EVSEBES

VIXIT. AN . XII

C. IVLIYS. SP. F. FAB

RVFVS. COH. X. EQ

VIX. AN. XXVI

Romae, in Musaeo Carpenfi. 4

M. Vipfano. Fulloni . Tentori

M. Vipfano. Eroti. Aurigatori

M. Vipfano. Mignioni. Viatori

M. Vipfano. Quartin. Succonditori

M. Vipfanius. Rufinus. Medicus. Fact

Venetae. Oll. IIII. DD

Ad D. Andreae. 5

TEIAE. EUPHROSINES

RVFINAE. V. V

DELICATAE

In Aedibus Aloysij Rufini. 6

Aesculapio. Sancto

L. Iunius. Agathopus. et. Terentia. Ru
fina. Gratias. agentes. Numini. tuo. D. D

Ibidem. 7

AESCULAPIO

L. CANTIVS

RUFINVS

ET

CANTIA

EVHODIA

D. D

In Aedibus Atilij Delphinij. 8

.... N Nius. Rufus. Flam. DIU. Aug

In Capitolio. 9

D. M

MANLIAE

GN. FIL

LOCHIME

RUFVS. PATER

FILIAE

DVL CISSIMAE

Ad

Ad D. Io. ante portam Latinam. X

D . M

T. FLAVIO. RVFO. T. T. FLAVI
VENVSTVS. ET. SATVRNINVS
FRATRI. PIENTISSIMO. FECERVNT

Ibidem. XI

M. FVRIVS. M. F

COR. RVFVS

¶, 12

A. Vitellius. Chriferos. fecit. Sibi
et. Vitelliae. primae. Conlibert
et. Coniugi. de. Se. benemeritae
et. A. Vitellio. Alexandro. Lib
Et. M. Iunio. Hegefae. amico
et. Iuliae. Rufinae. et. Iulio. Helpidephro
et. Libertis. Libertabusque. fuis. omnibus
posterisque. Eorum
H. M. H. N. S

¶, 13

Q. EPIDIO. L. F. POL. RVFO
LOLLIAN. GENTIANO
AVGVRI. COS. PRO. COS. PROV
ASIAE. LEG. LEG. PR. PR. PROV
LVGDVNENSIS COMITI
IMP. SEVERI. ET. ANTONINI
AVGG. LEG. LEG. XX.

C. 14

Ti. Caesar. Diui. Augusti. F. Augustus
 pontif. Maxum. Imp. VIII. Trib. Pot. XXIII
 dedit

C. Vibio. Rufino. M. Cocceio. Nerua. Cos

Praeneste. 15

F O R T V N A E

P R I M I G E N I A E

L R V F I N V S

A E D I L . C V R V L

V . S . L

Ibidem. 16

FLAVIAE. RVFINAE

M. BARBI. FAVSTI

CONSVLARIS

PATRON. COLONIAE

PRAENESTINORVM

FILIAE. OPTIMAE

MERITAE. PRAENESTIN

D. D

In Aequicolis. 17

S. P. F. Ser. Rufus. Mag. Iue N. bis

Q. VIII. Vir. bis. praef. Fabrum. Ter

Allifis

Allifis, in Campania. 18

C. NAEVLEIO. M. F. TER
RVFO. H. AED. Q.
NAEVOLEIAE. C. F.
PROCVLAE. LABEONIS

*Ferentini, ad D. Ioannis, & Pauli, Cathedrale
Templum.* 19

C. Iulio. C. F. Pub. Rufo
Veterano. Coh. VI. Pr
7. Aquili I. Maximi
praetori. Aed. IIII. Viro. I. D
Municipio. Aletri
C. Iulius. C. F. Rufinus. fratri
Bene. Merenti. et. Sibi. Posterisque. Suis

Telesiae, in Ecclesia. 20

Q. Fillius. L. F. Rufus
Q. Argius. Q. F. Celer
Pr. II. Vir. Lanarias
et. quae. in. iis. sunt
sua. peq. fecit
ut. ex. eo. uectigale. quotannis
Mulum. et. Crust
Natale. Caesaris. Augusti. daretur

Sentini. 21

D . M
P O S S I D E N O
R V F I N O
D I S I N I A . V E R A
M A T E R
F I L I O . P I I S S I M O

Capuae, ad Ripam Vulturni. 22

T . C L A U D I O
T I . F . P A L

R V F I N O . E Q V O
P V B L . P R A E F . F A B R
I I . V I R . Q . H O N O R E
Q V I N Q . I V V E N E S
A V G . P A T R O N O
Q V O R V M . H O N O R E
C O N T E N T V S . I M P E N S A
S V A . P O S V I T

L . D . D . D

Neapoli, in Aedibus Petri Pighiolae. 23

M. Paccius. M. F. pomp. Bassus
Aed. II. II. Vir. Volce Is. Sibi. et. Suis
Pacciae. M. F. Bassae
Manliae. Cn. F. Rufae
Pacciae. L. F. Maximae
Pacciae. M. L. Gratae

Iuxta Neapolim. 24

L. Egnatio. Inue Nō
 patri. L. Egnati. Polli
 Rufi. Honorati. Equo. p
 ab. Imperatoribus. Antonino
 et. Vero. Aug

Hic. obliterato. Muneris. Spectaculo
 impetrata. editione. ab. indulgen
 Max. principis. Diem. Gladiatorum
 et. omnem. Apparatum. pecunia. Sua
 Edidit

Coloni. Et . incolae
 Ob. Munificentiam. Eius
 L. D. D. D

*Mirabellae, in Aedibus Ferdin
 Guindacij. 25*

C. ALETIO. P. F. LVPO

SCR. LISAE

EPIAE. L. F. RVFA

P. ALETIO. C. F. LVPO

Ibidem. 26

FANNIAE. ERCVLIAE. DVL
 CISSIMAE. IN . CONIVGI
 BETITIVS. RVFVS. CVM
 QVA. VIXIT. IN. CONIVGIO

ANN. XXVI. MENS. II

B. M. F

Extra Mirabellam. 27

C. BABRI. RVFI

VIX. ANN

X X

BABRIA. PRIMA

MATER. FIL

B. M. F

Luceriae. 28

FVNVS PUBLICO

ARBITRAT Q POLIT

RVFI PATRI

Placentiae, ad D. Paulli. 29

V. F

L. BETVTIVS. L. F

VOT. TENAX

L. BETVTIO. L. F

RVFO. PATRI

CINTVLLIAE. L. F

MAXIMAE. MATRI

C. BETYTIO. L. F

SALVIO. PATRVO

L. BETVTIO. L. F

AVO

Xx 2 *Ibidem*

Ibidem, ad D. Antonij. 30

D . M
 T. ARRENI. T. F
 RVFL. MIL. PRAET. O
 COH. I. PRAET. O
 MVTTIENI
 PRVDENTIS
 MILITAVIT. ANN. X
 VIXIT. ANN. XXV
 T. F. I
 VENNONIA
 PROCVLA . MATER
 ET. G. VAL. TAPPO. P. C

*

Materni . 31

P. EPIIVS. P. F. FAB. RVFVS
 MIL. COHOR. II. PRAET
 T. F. I. ARBITR. & C

Afisij, in Umbria. 31

Q . VIBIO
 MODESTO
 VI . VIR . AVG
 CN. RVFIVS. IN
 SEQVENS. BENE
 MERENTI

Feltriae

Feltriae. 32

C. Firmio. C. F

Menen. Rufino

Eq. pub. Lauren

Lau. Dec. Flamin

patrono. Colle

giorum. Fab. Cent

Dendr. Feltriae

item. que. Ber. Vens

Colleg. fabr. Alti

natum. Patrono

S

SACRA VIA, videtur & unica dictione, & duabus scribi posse; unica, primum, ex auctoritate Carisii deinde, quia dicimus, Sacrauienses; postremo, ex lapide sequenti, qui est Romae, apud Atilium Delphinium

AEMILIA

M. C. L

AVCTA

C. ATTI

STEPANI. PIGMENTI

DE SACRA

- Duabus. dicit enim Horatius in Sermonibus*
- 1) *Ibam forte via Sacra, sicut meus est mos*
 - 2) *Nescio quid meditando nugarum, totus in illis*
 - 3) *Occurrit & c*

& ex sequentibus lapidibus

Romae, Ad D. Agathae. 1

L. FVRIVS. L. L. DIOMEDES
CVRATOR. DE. SACRA. VIA
CORNELIAE. TERTVLLIAE
VXORI . B . M

Ad D. Bartholom. 2

D . M
SELLIAE. NICES. VIX. ANN. XXV
MENS. VI. DIEBVS. XXI

C. SELLIVS. ONESIMVS. FLAVROS
DE. VIA. SAC
CONIVGI. B. M. F

SAECVLVM, cum Ae. libri veteres, Virgilius Car
pensis, & sex nummi aerei Rinaldi O donij, sic in-
scripti, ab uno latere, MARCIANA. AVGVSTA
ab altero vero, FELICITAS. SAECVLI. & lapides

Romae, in Basi, reperta ad radices Palatini, e re-
gione DD. Cosmae, & Damiani; nunc apud
Hieronymum Pichium. 1

Coeliae	.	Claudianae
V	.	V
A. Diis.	Electa.	Maximae
Sibi	talem.	Antistitem
Numen.	Vestae.	reseruare
	Voluit	

Coelia. Neruiana. soror. Vna
cum. Pierio. Coniuge. ac. Liberis
suis. Orantes. ut. per. tot. saecula
facere. . Dii . permittant

Mediolani. 2

C . ALLIVS. P. V
SIBI. ET
NOVELLIAE . FVSCAE
VXORI

C. ALLIO. MAXIMO

Xx 4

C. Allio. Fusciano
 et. Allioni. Gallioni
 et. Nouellius. Verus
 Cornelio. Palmantio
 Qui. Vixit. in. Saeculo
 annis. IIII. Mens. IIII

*Præterea, nummum argenteum apud Laurentium
 Medicem se vidisse, cum sequenti inscriptione, tes-
 tatur Angelus Politianus in Miscellaneis: LVD
 SAEC. FEC. COS. XIII*

*Quidam a Sequendo deduxerunt, quod Sequatur se, et
 que in se reuoluatur. Varro a Sene derivat, quod
 longissimum spatium senescendorum hominum id
 putauerunt. utrocumque modo, corripere syllabam
 necesse videbatur. ideo veteres addiderunt A, ut
 fieret diphthongus*

SALLUSTIVS, LL geminata. Martian. l. 3. Poëta
 libri, & lapides

Romae, prope Aedes Carpensēs. I

C. Sallustio. Pisandro
 Patrono. optimo. et
 Sallustiae. Tyche. Vxori. carissim
 Fecit

C. Sallustius Pistus. Sibi. et
 Sallustiae. Eugeniae. Fil. et
 Libertis. Libertabusque. Posterisque. Eorum
 Apud

Apud Fulvium Ursinium. 2

D . M

SALLVSTIAE

SABINAE

CONIVGI

NONIVS

PAVLVS

ET NONIA

AFRODISIA. FILIA

B . M

In Aed. Pauli de Horologys. 3

D . M

E . SALLVSTIVS

ATTALVS. SIBI. ET

NIVIAE. TATIAE

CON. B. M. V

A . XXII

In Musaeo Carpenfi. 4

M. Pöblicius . M. L. Modes
tus. Eroti . C. Sallus Ti. Crispi
Seruo. Metelliano. Fratri. suo

Non procul a Ponte Salario. 5

D . M . S

C. SALLVSTE

MARTIALIS

Xx 5

MIL. COH. X. VRB
 T. TESTIA. Q. PRAET. VRBIS
 VIX. ANN. XXVIII
 MILITAVIT. ANN. X
 ADAUCTVS. LIB
 PATRONO. OPTIMO. FEC
 H . S . E

In Pulchro viridario Summi Pontificis. 6

VENERI . FELICI . SACR
 SALLVSTIA . HELPIDVS . D . D

*In Aedibus Hadriani Fusconij, Episcopi
 Aquinatis. 7*

DIS . M
 P . CONFIDIO
 SIGNINO
 POMARIO
 DE . AGGER
 A . PROSEVCHA
 Q . SALLVSTIVS
 HERMES
 AMICO . BEMEMERENTI
 ET . NYMERVM
 OLLARYM . DECEM

Ibidem. 8

DIS . M
 Q . SALLVSTIVS

HERMES. ET
 SISIA . CYPARE
 FECERVNT. SIBI. ET
 Q . SALLVSTIO
 FELICI. ET
 T. SISIO. IANVARIO
 LIBERTIS
 SVISQVE. OMNIBVS
 POSTERIS QVE
 EORVM

Trans Tiberim, ad D. Caeciliae. 9.

Sallustia. Phoebe. Sibi
 Et. P. Petronio. P. F. Pal. Rufo
 Patri. de. Suo. et
 P. Quinctio. Repentino. Coniug
 Suo. indulgentissimo. et. Liber
 Libertabusq. Eius. Posterisq. Eor
 Et. quibus. donavi. donauero
 In. Fr. P. XIII. In. Agr. P. XII

⊕, x

Genio
 Coeli. Herodian
 Praegustator
 Diui. Augusti
 Idem. Postea. Villicus. in
 Hortis. Sallustianis
 Decessit. Non. Augustis

M. COCCEIO. NERVA
C. VIBIO. RVFINO ^{COS}
IVLIA. PRIMA. PATRONO. SVO

¶, XI

D . M

A. fabius. A. Lib. Marcellus
fecit. Sibi. et. Aufidiae. Olympiadi
Vxori. Suae. et. fabiae. Aufidiae
Lib. Lib. Posterisque. Eorum
Loco. sibi. concessio
ab. Sallustia. frontina. c. l. ¶
In. Fronte. P. XII. In. Agro. P. XII

¶, 12

Sallustia. Q. L. erita. Obstetrix
Q. Sallustius. Q. L. Artemidonis
Arescusa. F

SCAEVOLA, *Muciae gentis Cognomen, an, SCAEVOLA, scribendum sit, ambigo. Scaeuola, video in antiquis libris; Scaeuula, in lapidibus Capitolinis in nummis duobus argenteis Fulvii Ursini. Interdum hic quasi nodus expediatur, librorum testimonium, & receptam, usque iam confirmatam consuetudinem, sequi placet*

SCENA, *sine diphthongo. libri, & Graeca confectio; etsi aliter lapides omnes, quoscumque videmus*

Romae, in Musaeo Carpenfi. 1

T. Aelius. Augustorum. Lib. A.
 memptus. ab. Argento. Scaeni
 co. Fecit. Se. Vno. et. pomponiae
 Cleopatrae. Coniugi. Suae. et. T. Ae
 lio. Aug. Lib. Niceti. Fratri. suo. et
 Lib. Libertabusq. posterisq. Eo
 rum. et. Vlpio. Alypo. suo

Curibus, in Sabinis. 2

L. SVRREDI. L. F. CLV

FELICIS

PROCVRATORI. AB

SCAEN. THEAT. IMP

CAESAR. DOMITIAN

PRINCIPI

CORONATO. CONTRA

OMNES. SCAENICOS

Spoletij, in Crypta Templi cuiusdam. 3

L. SEPTIMIO

M. FIL. HOR

SEPTIMIANO

EQVO. PVBL. IIII. VIR. I. D

PRAEF. FABR. ROMAE

DEC. IIII. SCAMILLAR

OPERAE. VETERES

A. SCAENA. PATRONO. OB

MERITA. EIVS. L. D. D. D

Allifis. 4

L. fadio . piero . II. Viro
 Munificentissimo . Cui
 Qui . ob . Honorem . Decur
 Eodem . Anno . quo . factus . est
 Glad. paria . xxx. Et . Venation
 Bestiar . Africanar . Et . post
 Paucos . Menses . Duumirat
 suo . Acceptis . A . Rep . ~~HS~~ . XXIX . N . venat
 plenas . Et . Gladiatorum . paria . xx
 Edidit . item . post . Annum . Ludos
 scaenicor . P . S . F . Agi

L. D. D. D

C. Luētius. L. F. Aulian . Q. Plaufurius. C. F. Varus
 L. Ventilius. C. F. Bassus . Q. Ostaius. C. F. Graechin
 IIII. Vir
 Porticus. P. CCLX. et . Exsedram . et . Pronaon
 et. Porticum. pone . Scaenam . Long . P . CXL
 S. C. F. C

Vide &, in, BAETICA, 4. &, in, HISTRIO, I

SCHOLA, cum Aspirazione scribo, ex Graeca derivatione, & ex antiquis lapidibus

(Codic
 Roma
 Roma
 Roma

Romae, in Auentino, ad D. Alexij. I

Ti. Claudius. Secundus. Coactor. cum. Ti. Claudio. Ti. Quir. Secundo. F. Viato
(ribus. II. Vir. et. III. Vir
Scholam. cum. Statuis. et. Imaginibus. Ornamentisq. omnibus. sua. impensa.
(fecit

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including words like 'Orthographiae', 'C. F. C.', 'EXIGUUS', and 'SCIDA']

SCIDA, (inquit Carisius Instit. lib. I.) charta, sine
 „ Adspiratione, a Scindendo dicta est. sed alij eam
 „ cum Adspiratione Schidā, ex Graeco ἀπὸ τοῦ Σχι-
 „ ζειν, dictam putant
 SEBETHVS, fluius prope Neapo. moenic, labens
 non, SEBETHRVS; cuius mentionem facit Vergi-
 lius, Statius, & Columella. lapides

P. MEVIUS. EVDNYCVS
 AEDICVLAM. RESTITVIT

SEETHO

SEPTEMTRIO, eum M, non cum N. libri, & lapi-
 des. vide, in, AEDITVVS, 6. & in, SYNHODVS, 1
 Polae, in Dalmatia. I

Alexander. Philippi. Regis. Macedonum
 Archos. Monarchiae. Figuratus
 Graecorum. Imperii. Inchoator
 Magni. Iouis. Filius. per. Atanabum
 Nunciatus. Allocutor. Bragmanorum
 et. Arborum. Solis. et. Lunae
 Conculcator. Persarum. ac. Medorum
 Mundi. Dominus. ab. Ortu. Solis. usque
 ad. Occasum. A. Septemtrione. usque
 ad. Meridiem. Illustri. Profapiae
 Slauorum. et. Linguae. Eorum. Pacem
 A. Nobis. et. Succedentibus. Nobis
 Quoniam. Nobis. semper. Affuistis
 in. Fide. ueraces. in. Armis. strenui

Ty 1 Coadiuto-

Coadiutores. Nostri. Bellicosi. et. Fortes
 Idcirco. conferimus. Vobis. totam
 Plagam. Terrae. Italiae. ΠΟΛΛ'
 ut. qui. inhabitauerint. sint. subditi
 uestri. et. uestri. serui. Testes. autem
 huiusce. rei. sunt. Logotecta. Noster
 et. alij. Principes. xi. Quos. Nobis. sine
 prole. decedentibus. Relinquimus
 Nostros. Heredes. et. totius. Orbis

SEPVLCRVM, sine Adspiratione: sit enim a supino
 Sepultum, Sepulcrum: ut a Simulatum, sit Simu-
 lacrum; ab Inuolutum, Inuolucrum; a Fultum
 Fulcrum; a Lauatum, Lauacrum; ab Ambula-
 tum, Ambulacrum; mutata τ, in c; & addita R.
 Sunt omnino lapides, libri, Gellius, Pontanus, &
 Georgius Valla, qui alter senserunt: sed aperta ni-
 mis Etymologia est: & Seruius in III. Georg. ait
 ueteres scripsisse, Sepulchrum; post abiectam esse
 Adspirationem. Eius uerba sunt haec: Tria ue-
 teres habebant nomina, in quibus Cluteram seque-
 retur Adspiratio, Sepulchrum, Orchus, Pulcher
 e quibus Pulcher tantum hodie recipit Adspiratio-
 nem. Quid apertius? Nec tamen desunt lapides
 in quibus sine Adspiratione scriptum sit
 Romae, in Aedibus Atilij Delphinij. I

D . M

L. Aius . Anice'tus

Fe'cit . Sibi . et . Iu'lia'e

Primigeniae . . . Con
iugi . . . carissima'e

Hic . cum . esset . Annorum
LXV . hoc . Sepulchrum . VI
uos . . . Comparauit

Trans Tiberim , prope Matthaeiorum Aedes . 2

Moriens . . . cum . . . dixerit
Ipse . Viui Te . Felices . Animae
Mors . omnibus . . . insTaT
Haec . postquam . posuere
Sepulchrum . . . Kari
Scripsere . . . Sodales

*In Hispania , x x millia pass . procul a
Patrono opido . 3*

L. Mancino . Cos . Ro . qui . in . Rebellantes .
(Lusitanos . Arma

Mouens . in . Ifce . Quos . uidetis . Montibus .
(decertans

Triginta . Lusitanorum . Millia . deleuit . Quo .
(Rem . Populi

Ro . Longe . Lateq . in . Extremis . Terris . Tu-
(tam

Auctamq . reddidit . Praefecti . per . Singulas .
(Turmas

Leg . II . Marfor . Et . Leg . V . Priscor . Latino-
(rum . H

Simulacrum . Fecere

Ty 2

SEQ VNTVR, non, ut quidam libri, & lapides, Se-
cuntur. dicimus enim, Sequor, & Sequens, & Se-
quella: in supino tamen, secutum, uitandae aspe-
ritatis gratia. Vide Priscianum

Torcelli. I

LONGIVS . PATRO
CLVS . SECVTVS
PIETATEM . COL
CENT . HORTOS
CVM . AEDIFICIO
HVIC. SEPVL. IVNC
TO. VIVOS . DONA
VIT. VT . EX . REDI
TV . EOR. LARGIVS
ROSAE . ET . ESCE
PATRONO . SVO . ET
QVANDOQ . SIBI
PONERENTVR

& 2

D . M
M . SIL . ROMVLIVS
MIL. COH. VII. PR. 7 VICTORIS
SECVTOR . TRIB . VIXIT
ANN. XXVII . MIL. ANN. VI
VETONIVS . PROCVLVS

ADIVTOR . . . CORNICVL
 CONTVBERNAL . . . BENE
 MERENTI

Vide, & in, DEFINITIO, 4. & in, PROBLIVM, 1

SERRANVS, duplici RR, Atiliorum Cognomen, et-
 si deducatur a Serendo, & nummus argenteus (in,
 ATILIVS) habeat, SARA. lapides Capitolini,
 & alij

Interamne. I

C. CVRIVS. O. L. DIGNVS
 P. CATINIO. P. L. SERRANO
 P. CATILIO . . . PRIMO
 MVTTIENAE. O. L. DICAЕ
 MVTTIENAE . . . T . . . L
 DIONYSIAE . . . FIRMIONI

Vide & in, VICETIA, 3

SESTIVS, non, SEXTIVS, cum est patricia fami-
 lia. lapides Capitolini, & alij, & nummus argen-
 teus Andreae Lauretani, in quo est, L. SEXIIVS.
 PRO. QV.

Romae, in Cippis duobus. I

MARCVS. SESTIVS. RVSTICVS

2 17

710 Orthographiae

SEXTILIS, Mensis, non, SESTILIS. lapides Capito
lini, & alij

SEXTILIVS, non, SESTILIVS, • familia Romana
lapides

Romae, ad Arcum Constantini, in vinea
quadam. I

SEXTILIVS. P. L. PAPIA
FECIT. SIBI. ET. PATRONO
HIC. SACRORVM. ISIDIS. CONDITVS. EST

Ad D. Rocchi, ante Aedes Sudorinorum. 2

D. M.
S E X T I L I A E
CHARIDI. COIVGI
OPTIMAE. ET. CAL
LIPPE. VERNAE. SV
AE. FL. ARTEMA
FECIT

Ad D. Mariae de Monteferrato, Apud Cur
Sabell. 3

FORTVNATVS
CAESARIS. SER
NICOMACHIANVS
PATER. ET

SEXTILIA . PRIMA
 MATER. FILIAE
 PISSIMAE . FECERVNT
 ET. SIBI. ET
 MOSCHINI . CONLIB
 VIXIT. ANNIS . XV. MENS. II

Aquini . 4

S A F R O N I A
 O . L . A . . TERTIA
 SIBI. ET. P. SEXTILIO
 PRIMO . HARVSPICI
 SEVIR . A QVINI
 ET. SVIS. IN. F
 P. XII. IN. AG. P. XII.

Patavij . 5

D . M
 SEXTILIA . RESTITVTA
 MITIONIO . FLAVINO
 MARITO . OPTIMO
 POSVIT

In Apulia . 6

D . M . S
 M . PETRONIO
 MARCO . VIX . ANN.
 V. ET. DIES. XI . SVPER
 M . PETRONIVS

Ty

SVAVIS . . . ET
SEXTILIA . LVCRETIA
FILIO. PIEN. FECERVNT

Extra Mirabellam. 7

D . M .
SEX . SECVNDI
SEXTIL . COR
E C V N D I N A I
H. VIR . AEDILIS
Q. PEC. PVBLICAE
SECVND . VRBICVS
PATRON. B. M. F

SEXTIVS, non, SESTIVS; cum est plebeia familia.
Gracca consuetudo, lapides Capitolini, & alij

Romae

Romae, In Musaco Carpenfi . x

Sex. Pompeius .

Sex. Pompei. Exactor

Quisquis. es. Homo. et. Vos. odales

Mos. Cunctos . Rogo. Per

Dcos. Superos. Inferosque

Ne. Velitis. Ossa. Mea. Violare

Sextiac. L. Tertiac

Tonfrici

Sextia . Xanta

Scr. Libraria

Em. Ol. $\bar{\text{I}}$

Ratio

713

Brundisia

Brundisii, ad D. Magdalenae. 2

DIS. MANIB

P SEXTIVS
 SVCCSSVS AV G
 V A LXXX
 H S
 F L . S . P . D . D

Prope Pisaurum. 3

M SEXTIVS M L
 STABILIO . SIBI . ET
 M . SEXTILIO . M . L . PATRONO
 ET
 M . SEXTIO . M . L . PHILARGYRO
 FRATRI
 EX TESTAMENTO

SICA, familia Romana, unica c. libri ueteres

SIDVS, cum I, non cum Y. libri ueteres, Virgilius Car
 pensis, & Etymologia. deducitur enim, ut ait Varro
 ab Insidendo

SIGILLAITM, non, SINGILLATIM; a Sigillum
 libri ueteres & lapides

Reate.

Reate. I

DIS. MANIBVS

C. RVSTICELLO. FELICI
AFRO. SIGILLARIO
VIXIT. ANN. L. FECIT. OPPIA

SILANVS, non, SYLLANVS, Cognomen Iuniorum
libri, lapides Capitolini, & alij; & duo nummi
argentei, vnus Andreae Lauretani, alter Alexan
dri Toti, sic inscripti, D. SILANVS. L. F

I

P. Cornelius. P. F. Dolabella
C. Iunius. C. F. Silanus. Flamen. Martialis

Ex. s. c

Faciund. Curauerunt. idem. que
probauerunt.

& 2

L. Vitellius. Paullus. . . .

C. Piso. Magnus. Pompe
idus. Ianuarcum. Quod. Ti. Claudius. Caes
P. P. appellauit

tonio. Ioui. Bouem. Marem. Cure

cam. Mineruae. Vaccam. Felici

acam. Diuo. Aug. Bouem Marem. Di

Augusti. Vaccam. adfuerunt

716 Orthographiae

..C. Caecina. Largus. L. Vitellius. Paullus
 ..Fabius. Persicus. Taurus. Statilius
 ..oruinus. C. Piso. M. Silanus
 L. Silanus. Cn. Pompeius

xvi. K. Februar.

Tibure . 3

D . M

CALVIAE. M. SILANI

F. ET. IUNIAE. SP.....

TYRANNIDI. VXORI

C. ALBIVS. LIVILLAE. F

THYMEVS . HERC

AVGVSTALIS

Praeneste. 4

Exempl . Decr . Q . F

Q. Iunio . Silano . et

L. septimio . Valeriano . Cos

Postulante . Claudio . Marone

Vti . Lucus . ad . statuam . ponendam

optimae . memoriae . Viro . quond

Filio . Aeli . Aug . Lib . Anatellon

amantissimo . Reipublicae . nostrae

Placuit . et . in . honorem . Anatellontis

semper . et . ubique . de . Rep . optim . mer

et . in . gratiam . Claudi . Maronis

Lucum . ad . statuam . ponendam

* ad . electionem . ipsius . artr . dare

LIS

SILVA, cum I, non cum Y. omnis antiquitas. Alij
scribunt cum Y, deducentes a Graeco, ὕλη, contra li-
bros, lapidesq. omnes

Ad Cloacam D. Luciae, in Aedibus Po-
docatharorum. I

SILVINA

V . AN

VI

D . XVI

SPERATA

MATER

FECIT

FILIAE

DVLCISSI

MAE

in antiqua figulina. 2

CASTR. PRAET

L . SILVINI

HELPIDIANI

SILVANVS, Cognomen Plautiorum, cum I, non cū Y.
Sic & SILVANVS, Deus. libri ueteres, & lapides

Prope Tiburim, ad Pontem Lucanum. I

L. PLAVTIVS. M. F. A. N

SILVANVS

COS. VII. VIR. EPVLON

HVIC SENATVS
 TRIVMPHALIA
 ORNAMENTA. DECREVIT
 OB. RES. IN. ILLYRICO
 BENE. GESTA'S
 LARTIA. CN. F. VXOR
 A. PLAVTIVS. M. F
 VIRGVLANIVS
 VIX. ANNI. IX

Ibidem. 2

Ti. Plautio. M. F.
 Siluano. Aelian.
 Pontif. Sodali. Aug
 III. Vir. A. A. A. F. F. Q. Ti. Caesaris
 Legat. Leg. V. In Germania
 Pr. Urb. Legat. et. Comit. Claud
 Caesaris. in. Britannia Consuli
 pro. Cos. Asiae. Legat. propraet. Moesia
 in. qua. plura. quam. Centum. Mill
 Ex Numero Transdanuianor
 Ad. praestanda. Tributa. cum. Coniugib
 ac. Liberis. et. Principib. aut. Regibus. Suis
 Tra'nsdu'xit. Mo'tum. Orientem. sarmatar
 Co'mpressit. Qua'muis. parte. Magna'. Exerci
 (tu's
 ad. Expeditionem. in. Armeniam. misisset
 igno'tos. ante. aut. infensos. P. R. Re'ges. signa
 Ro'ma'na. Adoratu'ros. in. Ripam. quam.
 (Tueba Tur

perduxi T. Re'gibus. Bastarna'rum . Et
 Rhoxola'norum. Filios. Daco'rum. Fra'trum
 Captos. aut. Hostibus. e'reptos. Remisit. Ab
 Aliquis. Eo'rum. Opsides. Acce'pit. per. quem.
 (pa'cem
 pro'uincia. et. confirmauit. et. pro'tulit
 schita'rum. quoque. Re'gem. Achero'nensi
 Quae. est. ultra. Borustenen. Obsidio'ne. sum
 (mo'to
 primus. ex. ea. pro'uincia. Magno'. Tritici. Mo-
 (do
 Anno'nam. P. R. adleuauit. Hunc. Le'ga'tum. in
 in. Hispaniam. ad. pra'efectur. Urbis. Remif-
 (sum
 senatus. in. pra'efectura. Triumphalibus
 Orna'mentis. Hono'rauit. aucto're. imp
 Caesare. Augusto. Vespasia'no. Verbis. Ex
 o'ratio'ne. Eius. Q. I. S. S
 Moe'siae. ita. pra'efuit. ut. non. debuerit. in
 Me. differri. Honor. Triumpha'lium. Eius
 Orna'mento'rum. nisi. quod. latior. Et
 contigit. Mora. Titulus. praefecto. Urbis
 Hunc. in. eadem. pra'efectu'ra. Urbis. imp. Cae
 (sar
 Aug. Vespasianus. iterum. Cos. Fe'cit

In

In Aedibus Pauli de Horologijs, 3

D . M
 SILVANVS . LEVE
 TI . FIL . LIB . LIBER
 . POS . EOR .
 IVS . HABENS . HVI
 MONIMENTO

*Ultra Accadium, in Crypta Ecclesiae D. Mariae
 Benialis. 4*

D . M . S
 M . ECLANIO . FE
 LICISSIMO . CLO
 DIA . SILVANA . CO
 IVGI . K . B . M
 CONQVE . VIXIT . AN
 VI . M . VI

Gennadij. 5

M . VLPPIO . PVPIENO . SILVANO
 V . C . CIVI . ORATORI
 ORDO . ET . POPVLVS . SVRRENTINORVM
 PATRONO . PRAESTANTISSIMO

Meianei

Meianei, ad Portam Ciuitatis. 6

D . M
 SER . CORNELII
 SER. LIB. SILVANVS
 VIX. ANN. XXXXVI
 H . S

*Romae, in Aedibus Atilij Delphi-
 nij.* 7

S I L V A N O
 SACR
 A M P L I A T V S
 HILARI
 A V G V S T O R
 LIBERTI . SER
 VILICVS
 D . D

Sub Quirinali. 8

S I L V A N O
 S A N C T O
 L A R V M
 P H I L E M O N
 P . S C A N T I
 E L E V T E R I
 D . D

Zz I

Via Iulia. 9

HERCVLI
 ET . SILVANO
 SANCTO. SAC
 L . IVNIVS . LYCO
 SCRIB. LIBRAR
 AEDILIVM. CVRVLIVM
 D . D

Ad D. Pauli. X

DIS. SECVRITATIS
 Q. VIBIVS . HERMA
 ANTISTES
 SANCTI. SILVANI
 ANNVM . AGENS
 LXX . FECIT
 SIBI. B. B

In via public. prope Capranic. XI

SILVANO. SANCTO
 SACRVM
 M. FL . VALENS
 MIL. COH. X. PR
 7. AGRICOL. VOT
 S. L. M

¶ 12

DIS. MANIBVS

L. RABONIO. L. F. OVF

NOVELLIO

SACERD. DEI. SILVANI

VIX. ANN. LXV

RABONIA . IANVARIA

FILIO . SANCTISSIMO

FECIT

¶ 13

SILVANO

A. G. SACRVM

IN . MEMORIAM

C. RVFI. ANTHI

I III I. VIRI

TALLVS. LIB

D . D

Fiani, quod est Opidum ad Tiberim, 18

ab Urbe Miliari. 14

CN . CORNELIVS

CHARITO

A. TERMINIVS . IANVARIVS

M. QVINTILIVS . HERMEROS

ABASCANTVS . CN

CORNELI . CHARITONIS

SER . SILVANO . LIBES

ANIMO . DON . DEDER

ZZ 2

Vulsinijs

Vuisinys. 15

D, M

I. V. L. I. O. B. A. R. I.

HERMETI

I. N. A. V. I. S. I. L. V. A. N. I.

SILVANI

GEMINI

P. E. C. T. I. S. S. I. M. O.

SIMILLIMVS, gemina LL, ut syllaba produca-
tur. alioqui enim corripereetur. Poëtae

SINCERVS, cum F, non cum X. libri veteres, &
Virgilius Carpenfis

SIQVIDEM, coniunctim scribo. quod indicat Ovi-
dy versus

» Quae mihi ventura est, siquidem est ventura
senectus

Nam, Si, cum non est compositum, producitur
Eiusdem generis sunt, Quare, Quamobrem, Postea
Propterea, Ideo, Sanequam, Valdequam, Prae-
terquam, Quilibet, Quivis, & similia

SOBOLIS

SOBOLES, largior Consuetudini, Auribus indulgenti: cui & Cicero ipse plurimum tribuit, ut in Oratore legimus: licet antiquiores libri habeant, Suboles; & cum libris lapides consentiant ut mittam satis apertam compositionem, ex Sub, & Oleſco

Zz 3

Romae

Romæ, In hortis Carpens. I

Fabiae

Et . sanctae .

Artemisius

Cunctorum. Haec. suboli. se

(dem

Post. Morte. Reliquit. An

(te

Tamen. Nato. Coniuge.

(et. ante. suo

Nondum. segura. Dum. Flet.

tissima. Mente. Occidit.

(et

Pyrallidi

Patronae . de .

.

se

Optimae

Benemeritae

Libertus

Suboles. Multos. Memorata.

(per. Annos

Sacra. Dies. Patribusque. suis

Memoresq. priorum. Et.

(Memo

rs. Nostri. Nostrorumq.

(Alta

Propago. Aeterno. seruent

Semper . Memorabile.

(Nomen

Tristes. Decerpit. Macista. Fo
(uendo
Set. Nos. solliciti. Memoresque
Parentis. Amore. Matrem.
(Cum
Nato. ConIuge. cumque. suo
securos. Colimus. Memores. De
Nomine. Nostro. Et. faciet

QuisquIs. es. aut. Olim. Nostra
(De
stirpe. futurus. sis. Memor
Antiqui. Nominis. et. Tituli. In
Quorum. Titulo. Hic. Datur. Et
(se
Locus. et. Domus. Aeternae
Tu. Tucare. FOCOS

Ratio

727

ZZ 4 SOLLEMNE

SOLLEMNE, non, SOLENNE, habent antiquissimi libri, & lapides. Analogia Solenne videtur probare: si modo a Solo anno deducitur, ut quidam probant. & Perenne, dicimus; non Perenne: quod itidem ab Anno cōponitur. In hoc tamen plus Antiquitati demus, quam Analogiae. vide Festum, in, Sollo & Osce

... idrint . . . Capitolium . . .
 . . . stales. Caere. deduxit . . .
 . . . que. ritus. sollemnes. ne . . .
 . . . quentur. curai. sibi habuit . . .
 . . . oerata. sacra. et uirgines . . .
 . . . exit

Vide & in, BAETICA, I

SOLLERS, duplici L L. Martianus lib. 3. libri veteres, Virgilius Carpensis, & Vaticanus, & lapides

Aquilae. I

T. Artico. Domitiae. Aug. Lib. VI. uiro. Aug. Domitius. Sollers. VI. uir. Aug. et. s. P. Q. S

In Ciuitatella Veronae. 2

MARCELLINAE

BELLICI. SOLLERTIS

Vide & Festum, in, Sollo, &, Osce

SOLLICITARE, duplici LL scribendum, videtur
 » sensisse Isidorus . nam lib. X. in littera S; Sollicitus
 » inquit, est, qui Sollers, & citus, atque irrequietus
 » Sic etiã scriptum video in antiquis lapidibus. vide
 » in, MAEREO, I. &, in, SOBOLES, I. &, in, SVPRE
 » MVS, I. Festus autem deducit a Solo, his verbis: So
 » licitare, quidam dictum putant, quasi Solo citare
 » idest, ex suo loco, ac sententia, mutare. Solum au-
 » tem, quin significet Locum, quis dubitet? cum, Ex-
 » sules quoque dicantur, loco patriae suae pulsi. Do-
 » natus quoque, iisdem paene verbis, in Terentij
 » Heautontim. act. 3. sc. I. Quid aliud, inquit, est, So
 » licitare, quam suo loco mouere? Solum autem, quin
 » significet Locum, quis dubitat? cum Exsules quoque
 » dicantur, loco patriae suae pulsi

SOLLISTIMVM, duplici LL libri veteres

SPELEVM, sine diphthongo. libri veteres, & la-
 pides

Zz 5 Romae

Romae, ad D. Mariae Trans
Pontem. I

SOLI INVICTO
MITHRAE. FL. SEPTIMIUS. ZOSIMVS
V. P. SACERDVS. DEI
BRONTONIS
ET. AECATE. HOC. SPELEVVM
CONSTITVIT.

*In opido Ticuli, dioec. Urbe-
uetanae. 2*

Soli. Inuicto. Mithrae
Tiberius. Claudius. Tiberi. F. Thermodorus
Speleum. cum. signis. et. . . . Ceterisque
Voti. compos dedit

Mediolani. 3

D. S. I. M
P. ACIL. PISONIANVS
PATER. PATRATVS
QVI. HOC. SPELEVVM
VILIGNIS. ABSVPTVM
COMPARATA. AREA. A. REP. MEDIOL
PECVNIA. SVA. RESTITVIT

SPIRITALIS, *non*, SPIRITVALIS. *libri ve-
teres*

SQVALEO

SQVALEO, unica L, a Squama deductum. libri veteres, & lapides. vide, in, FOEDARE, I

SQVAMA, unica M. libri veteres, & Virgilius Carpensis

SVFENAS, unica F. nummi duo argentei, unus Andreae Laur et ani, alter Matthaei Forerij, sic inscripti, SVFENAS. S. C

SVLPHVR, cum PH, non cum F, scribo; sicut, & Triumphus, non, Triumphus. Virgilius Carpensis & Vaticanus habent; SVLPVR. quo modo & a libi scriptum notavi in nummo argenteo, BAEBI. TAMPII. pro, Tamphil. Vide Ciceronem in Oratore

SVLPICIVS, cum C. libri veteres, Graeca consuetudo, lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Aloysij Mondellae, sic inscriptus, C. SVLPICI. C F

Romae, ad D. Nicolai in Calcaria, retro
Caesarinos. I

DIS . MANIBVS
M . SVLPICI . BASSI
AMICI . OPTVMI
L . NONIVS

asprenas

VII. VIR. EPVL

Infra Capitolium, ad DD. Cosmae, & Damiani. 2

D . M

..... PVTIA. FRVCTILLA. SIBI. ET
 SVLPICIO. VITALIONI. CONIUGI
 .. ISSIMO. BENEMERENTI. CVM. QVO
 . T. ANN. XL. ET. SVLPICIA. HERCV
 .. FILIO. DVLCISSIMO. QVI.....

In Aedibus Domitij Cauallerij. 3

CLAVDIA. TRIBVTA
 FECIT. SIBI. ET. SVLPICIAE
 PROXIMAE. SORORI. SVAE
 CARISSIMAE. ET. PIISSIMAE
 LIBERTIS. LIBERTAVSQVE
 SVIS. POSTERISQVE. EORVM

6, 4

Pietati . August . Ex . S . C . Quod . Factum . Est
 D . Haterio . Q . F . Agrippa . G . Sulpicio . Ser . F . Galba . Cos
 Ti . Claudius . Caesar . Augustus . Germanicus
 Pontif . Maxim . Trib . Pot . III . Cos . III . Imp . III
 P . P . Dedicavit

6, 5

Sulpicio. C. Sulpici. Nymphi. F. Romano
Annis. Vix. XVIII. et

Juliae. Pieridi. Mat. Eius . et
Vibidiae. Sp. F. Thaliae. suae. Vxori
Nymphi. et. Vibidio. Thaleti. F. Thaliae

Mediolani. 6

Q. F. . Octavius
Q. F. . Ouf . Victor
I IIII I. uir

sibi. et. Fratri. pientissimo.
et. Sulpiciae. P. F. Sabinae
Vxori

Veronae. 7

V . F

Sulpicia . Eutycha
Sibi. et. C. Sulpicio
Philogyro. Lib. optima
et. Rutilio. Restituto
Contubernali

In. Fr. P. XXIII. In. Agr. P. XXIII

Bergomi. 8

Pupia. M. F. secunda. V. F

Q. Sulpicio. Q. F. Rufo
III I. uir . Q. uiro

Q. Sulpicio. Q. F. Sedato
IIII. uir. I. D. filio

Vide

Vide & in, AEDITVVS, 2. & in, ANICIVS, 1. &
 in, BIBLIOTHECA, 1. & in, CIRCVMVENIO
 4. & in, CONDICIO, 1. & in, COIVX, 23. &
 in, DESIDERO, 2. & in, FVFIDIVS, 1

SVPELLEX, unica P, & duplici L L. libri veteres
 & Poëtae, qui primam corripunt. Quamuis in la-
 pidibus unica L, legatur

Romae, in hortis Matthaeiorum. I

EVMOIPVS . CAESARIS
 A . SVPELECTILH
 DOMVS . AVRIP
 ET. CLAVDIA. PALIAS
 ET. SOLI. ET. LVNAE
 DONVM . POSVERVNT

In Aedibus Porcariorum. 2

NESTOR
 C. CAESARIS. SEX
 GERMANICIANVS
 A. SVPELECTI. VIX. A. XL

SVPREMVS, unica P, contra veteres aliquot lapi-
 des. et si quidam lapides unica P habent. prima e-
 nim apud Poëtas corripitur

In Aedibus

Romae, In Aedibus Atilij Delphinij. I

Rusticella. M. L. Cytheris

Debitum reddidit. x. K. Sept. Maluginense. et. Blaeso Cos

Quandocumque. leuis. Tellus. mea. conteget. Offa

Incisum. et. duro. nomine. erit. lapide

Quod. si. forte. tibi. fuerit. Fatorum. cura. meorum

Ne. graue. sit. tumulum. uisere. saepe. meum

Et. quicumque. tuis. umor. labetur. Ocellis

Protinus. inde. meos. defluat. in. cineres

Quid. lacrum Is. opus. est. Rusticelli. Carissime

Coniunx. Extingtos. cineres. follicitare. meos

Vna. domus. cunctis. nec. fugienda. Viris

Vt. quae. uolui. tempore. tempus. habet

Nondum. bis. uicinos. annos. compleuerat. annus

Supremum. Parcae. forte. dedere. Mihi

In Hispania Citer . 2

C. IVL . FABIAN

ANN. XIX

FABIA . PAVLA

AMITA

MVNVS

S V P R E M V M

In domo Caesia . 3

INGRATAE . VENAERI

SPONDEBAM . MVNERA

SVPPLEX. EREPTA . COIVX

VIRGINITATE. TIBI. PERSEPHO

NE. VOTIS. INVIDIT. PALLIDA. NOS

TRIS. ET. PRAEMATVRO. FVNAE

RE. TE. RAPVIT. SVPPREMVM

VERSVS. MVNVS . DONATVR

ET. ARAM. ET. GRATAM. SCAL

PSIT . DOCTA . PEDANA

CHELYN. ME. NVNC. TORQVET

AMOR. TIBI. TRISTIS. CVRA

RECESSIT . LETHAEOQVE

IACES. CONDITA. SARCOPHAGO

S Y L L A, potius, quam, SVLLA. nam Sulla antiquius est, eorum temporum, cum Romani, a Graecis litteris alieni, libenter V, pro Y, pronuntiabant. itaque, Phruges, non, Phryges; et Purrhus non, Pyrrhus, eos dixisse; auctor est Cicero in
Aaa I Oratore

Oratore. quod cum ille notauerit, nimirum significat, Aetate sua, cum Graecae litterae magno in honore esse coepissent, Graecam litteram χ esse receptam, ut diceretur Phryges, non Phruges; Pyrrhus, non Purrrhus. quod cum ita sit; quis dubitet eadem ratione, Sylla potius, quam Sulla & scribendum, & pronunciandum? At Capitolini lapides aduersantur, scripti a Verrio Flacco, Grammatico doctissimo: in quibus aperte legitur Sulla non Sylla. Grauis omnino auctoritas opponitur. Et enim, si quisquam est, qui Capitolinis lapidibus multum tribuat; is ego sum: quorum etiam testimonio in hoc meo Commentario saepissime utor. Idem tamen, cum Auctoritates veterum inter se comparantur, unum Ciceronem, Romanae principem eloquentiae, sexcentis Verris facile anteposuerim nec tamen veto, quin, si cui libet, & quantum libet, Antiquitatem illam horridam, & incultam sequatur. Cuius generis homines hodie quoque multi sunt, & fuere, ipso vivente Cicerone. Eadem ratione Lacryma cum χ scribi debet. cum tamen in omnibus lapidibus, & Sulla, & Lacruma perspicue legatur, Cum χ χ χ χ Graecum in ν Latinum vertatur, ut, M ν s, mus; Σ λλα, Sulla, & similia. Sic etiam Donatus in Terentij Hec. act. 1. sc. 2 Syra, inquit, Sura veteres legerunt, ν . pro χ ponentes; ut Musia, Suria. Sic & Cumatilis color, a Graeco, $\kappa\upsilon\mu\alpha$

L. CORNELIO. P. F.

SVLLAE. COS

VII. VIR. EPVL

CLIENTES

⊕, 2

L. CORNELIO. L. F

SVLLAE. FELICI

DICTATORI

LEIBERTINI.

⊕, 3

AELIAE. T. F. PROCVLAE

VIXIT. ANNA. XVI. AELIVS

INCLVTVS. ET. DAVOLEIA

SP. P. RESTITVTA. MISER

RIMI. PARENTES. FILIAE

⊕, 4

DOMINO . . . NOSTRO . . .

FL. CLAVDIO. CONSTANTINO. . . .

FORTISSIMO. AC

BEATISSIMO . . . CAESARI

FL. VRSACIVS. V. P

TRIBVNVS . . . COHORITIA

VM. VRBANARVM

Aaa 2

X. XI. ET. XII. ET. FORI

SYARI

*Vide & in, ARRETIVM, 22. Centyriae, pro, Centuriae**SYNHODVS, cum Y, & Adspiratione. a Graeco; ut
Methodus, Exhodus. lapides**Lanuuij, ante Templum. 1*

M . AVR . AVG . LIB
 AGILIO . SEPTENTRIO
 NI . PANTOMIMO . SVI
 TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
 TI. SYNHODI. APOLLINIS. PA
 RASITO. ALVMNO. FAVSTINAE
 AVG. PRODVCTO. AB. IMP. M
 AVREL. COMMODO. ANTONI
 NO. PIO. FELICE. AVGVSTO
 ORNAMENTIS . . . DECVRIONAT
 DECRETO. ORDINIS. EXORNATO
 ET. ALLECTO. INTER. IUVENES
 S. P. Q . LANIVINVS
 IBVS. COMMOD. . .
 ELIANO . . . COS

Trans Tiberim, ad D. Benedicti. 2

L. AVRELIO

APOLAVSTO . MEMPHIO
 AVGG. LIB. HIERONICAE

CORONATO. ET. TON. DIAPAN
TON. APOLLINIS. SACERDOTI
SOLI. VITTATO. ARCHIERI

SYNHODI. ET. AVGG

L. AVRELIVS

PANNICVLVS. QVI. ET

SABANAS . PATRONO

OPTIMO

Aaa 3

TAEDET, cum Ae. libri veteres, & lapides

Beneventi, in Vico Fabrorum ferrario-
rum. I

T. AVONIO. MARCELLINO
V.C. CONS. CAMP. PATRO
NO. DIGNISSIMO. OB. IN
SIGNIA. BENEFICIA. QUI
EVS. LONGA. POPVLI. TAE
DIA. SEDAVIT . VNIVER
SA . PLEBS . BENEVENTA
NA. CENSUIT. PONENDVM

TAETER, cum Ae. ex Virgilio Carpensilib. x. &
ex antiquis lapidibus

Romae, extra Portam Flaminiam, in vinea
quadam. I

D . M

Musica. Cum. Cantu. Resonares. Carmi
na. Mire. Adtas. Parue. Puer. Dulci
Celebratus. Amore. Morte. Graui. Raptus
Taetra. Defungeris. Ora. Immeritus. De
cimo . Praegressus. Nobilis . Anno
set. Te. Noster. Amor. Memori. pietate

Reformat. At. Quauis. Te. Terra. Tegat
 Miserabilis. Ima. sic. Dolor. in. paruo
 Crescit. Referente. sepulcro
 Q. Bucufus. Cresces. Et. Mindia. Fortu
 nata. Alumno. nemerenti. Fecer
 Filio. Martialis

TENSA, sine Adspiratione. Festus, & Pedianus, qui
 deducit a Tendendo. Eius haec sunt, in tertiam
 » Ciceronis Orat. contra Verrem: Tensae sunt sacra
 » vehicula. Tensas alij a diuinitate dici putant; alij
 » quod ante ipsas lora tenduntur, quae gaudent ma-
 » nutenere, & tangere, qui eas deducunt. Seruius
 » autem, enarrans illud Virgilianum, lib. 1. Aen
 » Hic currus fuit; his verbis utitur: Tensam si-
 » gnificat, qua decorum Simulacra portantur. Then-
 » sa autem cum Adspiratione scribitur, ἀπὸ τῆς θεῆς
 » idest a re diuina. etsi in quibusdam libris non eodem
 modo legantur haec postrema verba

TENTO, non, TEMPTO: ex Analogia. frequenta-
 tiuum enim est a Teneo. in quo dissentio a quibus-
 dam antiquis libris, & lapidibus; sicut & ab ijs
 qui, Sepulchrum

Romae, ad D. Marci, in Aedibus
Benzoniorum. I

..... es. Ex. Tribu
 orum Hoc. Moni
 M. Comparavit. Virgine
 aciae. Helpidi. Libertae
 Idem. Coniugi. Carissimae. Et. sibi. Et
 C. Marcio. Victori. Et. Libertis. Liberta
 busque. suis. Posterisque. Eorum. Ne. De
 Nomine. Meo. Exiat. Quod. si. Quis. Id.
 (Mo
 nimentum. Partene. Eius. Vendere. Quis
 (Vo
 let. Vel. Donationis. Causa. Cui. Mancip
 (pare
 Voluerit. Alioue. quo. Nomine. Eius. Mo
 (nimenti
 Partem. Alienare. Temptaverit. Dare. Da
 (mnas. Esto
 Aerario. Populi. Romani. xx xv. $\overline{\text{M. N.}}$ Et.
 (Collegio
 Pontificum. is xv. $\overline{\text{M. N.}}$ Et. Emptor. Et.
 (Venditor
 Comparatu. Autem. Est. De ss $\overline{\text{VII. M. N}}$

H. M. D. M. A. H. M. EXT. H. N. S

¶, 2

Imp. Tito. Caesari. Diui. Vespasiani. F
Vespasiano. Augusto. Pontifici. Maximo
Trib. Pot. X. Imp. XVII. Cos. VIII. P. P
Principi. suo. S. P. Q. R

Qui. praeceptis. Patris. Consilis. que. et
Auspiciis. Gentem. Iudaeorum. domuit. et
Vrbem. Hierosolymam. omnibus. ante. se
Ducibus. Regibus. Gentibusque. aut
Frustra. petitam. aut. omnino. intentatam
Deleuit

TERCENTVM, non, TRECENTVM, & similia, li-
bentius scriberem, ratione habita compositionis

THESAURVS, deductum a Graeco, Θησαυρός, per-
spicue constat: itaque quibusdam antiquis libris
non assentior, in quibus video scriptum esse, THEN
SAVRVS

THORIVS, cum Adspiratione. nummus argen-
teus Alexāari Toti, in quo est, L. THORIVS. BAL
BVS. I. S. M. R. & alius Rinaldi Odonij, itidem
inscriptus. Sic & THORANIVS, in hortis Car-
pensibus

Aaa 3

THORANIUS

HONORATIUS

TORANIUS, *vero, in antiqua inscriptione, in Aedibus Colotianis*

C. OCTAVIUS. C. F. C. N. C. P. P.
 PATER. AVGVSTI
 TR. MIL. EIS. Q. AED. PL. CVM
 C. TORANIO. IVDEX. QVAESTIONVM
 PR. PRO. COS. IMPERATOR. APPELLATVS
 EX. PROVINCIA. MACEDONIA

TIBER, *cum i. ex antiquis lapidibus*

Romae, ante Aedes Caesias. I

EX AVCTORITATE
 IMP. CAESARIS. DIVI
 NERVAE. FIL. NERVAE
 TRAIANI. AVG. GERM
 PONTIFICIS. MAXIMI
 TRIBVNIC. POTESTAT. V
 COS. IIII. P. P
 TI. IVLIVS. FEROX. CVRATOR
 ALVEI. ET. RIPARVM. TIBERIS
 ET. CLOACARVM. VRBIS. TERMI
 NAVIT. RIPAM. R. R. PROXIMO
 CIPPO. P. CCCLXXXVI. S

In hortis Fabianini Montij. 2

EX . . . AVCTORITATE
 IMP . CAESARIS . DIVI
 NERVAE . FIL . NERVAE
 TRAIANI . AVG . GERMANIC
 PONTIFICIS . MAXIMI . TRIB
 POTEST . V . COS . IIII . P . P
 TI . IVLIVS . FEROX . CVRAT
 ALVEI . ET . RIPARVM . TIBERIS . ET
 CLOACARVM . VRBIS . TERMINAV
 RIPAM . RR . PROXIMO . CIPPO
 P . CLXXXIS

Ibidem. 3

C. Vibius. C. F. Rufus
 Sex. sotidius. sex. F. strabo
 Libuscid

C. Calpetanus. C. F. stadius. Rufus
 M. Claudius. M. F. Marcellus
 L. Vifellius. C. F. Varro
 Curator. Riparum. et. Aluei. Tiberis
 Ex. s. c. Termin

Ad Aedes Rusticorum. 4

Ex. Auctoritate
 imp. Caefaris. DiuI
 Traiani. Parthici. F
 DIuI. Neruae. Nepotis

Traiani. Hadriani

Aug. Pontif. Max. trib

Potest. V. Imp. IIII. Cos. I I I

L. Melsius. Rusticus. Curator

Aluei. et. Riparum. Tiberis. et

Cloacarum. Urbis. R. R. Restituit

Secundum. Praecedentem

Terminationem. proxime Cipp

ped. C. xvs

& 5

C. Calpetanus. Rantius

Quirinalis. Val. Cestius

Curator. Riparum. et

Aluei. tiberis. Terminavit

*Vide, & in, BRITANNIA, 5**TIBICEN, & TVBICEN, reperio in antiquis monu-
mentis, cognatione, ut opinor, litterarum I, & V
Vide Festum**Romae, in hortis Carpens. I*

IMP. CAES

L. SEPTIMI. SEVERI

PII. PERTINACIS

AVG. ARAE. ADIABEN

PARTHICI. MAXIMI

FORTISSIMI. FELICISSIMI

P. P. FILIO

M. AVRELIO. ANTONINO
PIO. FELICI. AVG

TRIB . POTEST. III.
PROCOS

TIBICINES . ROMANI

QVI. SACRIS

PUBLIC. PRAEST. SVNT

DEDIC. PR. NON. APRIL (NO. COS

TI. CLAVDIO. SEVERO. ET. C. AVFIDIO. VICTORI

Q. Q. PRECILO. SERENO. II. TI. CL. TITIANO

*Ad D. Gregorij, supra ostium vineae
cuiusdam. 2*

Collegio . Tibicinum

Et. Fidicinum. Romanorum

Qui. S. P. R. S

Ti . Julius. tyrannus

. . . . Munis. perpetuus. et

. . Julius. Tyrannus. F

H. C. D. D

Dedicatum. K. Mart

. . rfo. Seruiano. et. L. Fabio. Iusto. Cos

Via Cassia. 3

DIIS. MANIBVS. SACRVM

VLPIAE. PYRALLIDI. CONIVGI

ET. SIBI. HILARVS. AVG. LIB

TIBICIN. LEG. V. ALAVD

P. FEL. VIVVS. FECIT

Formijs

Formijs, in Sacello quodam. 4

... lpo. lio . L
 ... Arrio . salano
 praef. Quing. Ti. Caesaris
 praef. Quing. Neronis. eT. Drusi
 Caesarum. DesignaTo. Tub. Sac. Pr
 Aed. III. AugurI. Interregi
 Trib. Milit. Legion. III. August
 Leg. X. Geminae. praef. Equit
 praef. Castror. praef. Fabr
 Oppia. Vxor

¶, 5

D I A N A E
 L V C I N A E
 I N V I C T A E
 C N . P O M P E I V S .
 C N . L I B . B A R B .
 V S . P R O C V R A T
 T V B I C I N . R O M
 V O I O . S V S C E P T O
 L . M

TILLIVS *Cimber, percussor Caesaris, non, TVLLIVS*
libri veteres, & Graeca consuetudo

TINGVO, *non, TINGO. libri veteres*

TITIVS

TITIVS, cum T. libri, & lapides

Romae, in hortis Iulij. 1

DIIS. MANIBVS M
L. TITIVS L. OF. RVPINIA
MACRIA VI. VIRI
TITIVS DECVRION IIII
LAVDE. POMPEIA
VIXIT. ANNOS. LVXXX
TITIA I. RHODOPE
MATER. ET MATR
SALVVS. VICTOR
CONLOC. FORTIS

In Aedibus Crescentiorum. 2

A SCLEPIO. ORAMET
SALVTI
C O M M I L I T O N V M
SEX. TITIVS. ALEXANDER
MEDICVS. CHO. IV. PR.
DONVM. DEDIT
IMP. CAES. DOMITIANO
AVG. VIII. COS
T. FAVIO. SABINO

Ad Columnam Traiani. 3

FABIVS. TITIANVS. V. C
CONSVL
PRAEF . VRBI

In

In Aed. Paulli de Horologijs. 4

DIs . M

M . TITIVS

DIACONVS

M. TITIO. ADVTO

RI. FILIO. QVI. VIXIT

ANIS. IIII. DIEBVS

XXVIII. IVNIA

E V P H R O S I N E

MATER . FECERVNT

SIBI. ET. SVIS. PO

STERISQVE . HORVM

Beneuenti. 5

M. MARIO. M. F

STEL. TITIO. RVFINO

COSIM M O O

LEG. LEG. I. MINER. P. F

CVR. COL. CLAVD. AVG

AGRIPPINENSIVM

PRO. COS. PROV. SICILIAE

CVR. AMERNOR. PRAET

TR. PL. Q. PROV. MACEDON

SEVIR. TVRMAT. EQ. ROM

TRIB. LATICL. LEG. I. ADI. P. F

III. VIRO. STLITIBVS. IVDIC

TONSRIX, non, TONSTRIX; scribendum praecipit Carisius lib. I. Instit. Sic & Fossrix, Cursrix Contra amen scriptum reperi in antiquo lapide. vide, in, SEXTIVS, I

TORVE, sine Adspiratione. libri veteres, Virgilius Carpensis, & lapides

D . M . S
 IVLIA . FIRMA
 SITA . TIVMULO
 QVAE . COMMVNE
 TORVM . SERVAVIT . CAS
 TA . MARITI . ET . FIDEI . PLE
 NA . PIETATE . NOBILE . VIXIT
 SVBREPTA . EST . OCVLIS
 IUVENIS . FATO . DICTAN
 TE . INIQVO . MOCIMVS
 SABINAE . AVGVSTI
 SORORIS . LIB . TABVL
 B . M . F

TRANSFERO, & deriuata, cum NS scribo, ratione habita compositionis, & veterum librorum auctoritate: assentiente Donato, in Terentij Phormionis Prologum. vide, in, SILVANVS, 2. In duabus tamen inscriptionibus contra scriptum vidimus

Bbb I Romae

Romae, in Aedibus Hortensij Palatii. I

DIS. Man
 Iuniae. L. F. Cele
 Ti. Ti. Claudii. Fuscaemus. Et. Pr
 Claudiae. Quianae. Eufchemus. Sorori . . .
 Primitius. Matri
 Eufchemus. Consobrinae. Samiariae. Arethusa
 Idem. Corporibus. Traktis. Perm. Trib. Pl. Et
 Ti. Claudio. Epaphrodito. Tatae. Beneme. Fecer
 Et. sibi. Et. Suis. Libertis. Libertabus. Poste
 Eorum (risque

2
 Cn. Laudius. Cn. F. Fal. Thallus
 Mil. Coh. x. pr. 7. Limi
 Item. Tesserarius. in. Leg. III
 Italica. an. VI. traiectus. in
 Coh. XI. pr. 7. P. Satri. Q. Mil
 Ann. IIX. VIX. AN. LXII. H. F. S. C. A

TRIVMPHO, cum PH, non cum F, ut quidam pu-
 tant. Cicero in Oratore, libri, & lapides

C. Marius. Pr. Tr. Pl. Q. AVGV. TR. MIL. EXTRA
 Sortem. Bellum. Cum. IVGV. RTHA. REGE. NV. MID
 Gessit. Eum. cepit. et. TRIVMPHANS. IN
 Iouis. Aedem. Secundo. Consulatu. ANTE. CVR-
 (RVM. SVVM

Daci. Iussit. Tertium. CONSVL. APSENS. CREA

(TVS

st. Quartum. Consul. Teut. ONORVM. EXER

(CITVM

Deleuit. Quintum. Consul. CIMBROS. FVGAVIT.

(EX. IEIS. ET

Teutoneis. Iterum. Triumphavit. REMP. TVR

(BATAM

ditionibus. Tr. Pl. Et. Praetor. vi. Qui. Armati

Capitolium. Occupauerant. Sextum. Consul.

(Vindicauit

Post. LXX. annum. patria. per. Arma. ciuilia. pulsus

Arms. restitutus. Consul. Septimum. Factus. Est

De. Manubieis. Cimbriceis. Et. Teutoniceis. Ae-

(dem. Honori

Et. Virtuti. Fecit. Veste. Triumphali. Calceis.

(puniceis

& 2

L. Caecilius. L. F. Metellus

Pont. Max. Cos. II. Dictator. Mag. Eq

XV. Vir. Agris. Dandis. Qui. Primus

Elephantos. Primo. punico. Bello. Duxit

In. Triumpho. primarius. Bellator

Optimus. Orator. Fortissimus. Imperator

Auspicio. Suo. Maximas. Res. Gessit

Maximo. Vfus. Honore. Summa. Sapiencia

Maximus. Senator. Partam. Ex. Aequo

Pecuniam. Magnam. singulis. Liberis. Reliquit

Bbb 2

Clarissimus. In. Ciuitate. Fuit. Tributum
 Ei. Vt. Quoties. In. Senatum. Iret. Curru
 Veheretur. ad. Curiam. Quod. a. Condito
 acuo. Nulli. alii. contigit

In Aedibus Capranicorum. 3

Fl. Eugenio. V. C. Ex. Praefecto. praetorio
 Consuli. Ordinario. Designato. Magistro
 Officiorum. Omnium. Comiti. Domestico
 Ordinis. Primi. Omnibusque. palatinis
 Dignitatibus. Functo. Ob. Egregia. Eius
 In. Rempublicam. Merita. Huic
 DD. NN. Constantinus. Victor. ac
 Triumphator. Semper. Augustus. et
 Iulianus. Nobilissimus. Caesar
 Statuam. Sub. Auro. In. Foro. Diui
 Traiani. Quam. ante. Sub. Diuo
 Constante. Vitae. et. Fidelissimae
 Deuotionis. Gratia. Meruit
 Adprobante. Amplissimo. Senatu
 Sumptu. publico. Loco. suo
 Restituendam. Censuerunt

In Quirinali, in domo quadam. 4

M. ANTONIVS. EXOCHVS

T. H. R

M. ANTONIVS

EXOCHVS. NAT

ALEXANDRINVS

ROM. OE. TRIVMP
 DIVI. TRAIANI. DIE. II
 TIRCVM . ARAXE . CAE
 ST. MISS

ROM. MVN. EIVSD
 DIE. VIII. FIMBRIAM
 LIB. VIII. MIS. FE
 ROM. MVN. EIVSD

⊗, 5

P. DECIVS. DECII
 F. PRIMO. COS
 DE. SAMNITIBVS
 TRIVMPHANS
 SPOLIA. EX. IHS
 CERERI. CON
 SECRAVIT
 ITERVM . ET
 TERTIO . CON
 SVL

*Nummum quoque argenteum se vidisse apud Lauren-
 tium Medicem, ait Politianus in Miscellaneis; hac
 inscriptione, TRIVMPHVS. & alium, his litteris
 TRIVMPVS*

Bbb 3 Tuccivs

TVCCIVS, duplici c, familia. ex antiquis lapidibus

Romae, Ad D. Clementis . 1

.. . PYSTIS . ET . TVCCIA
 .. . PARENTES . FILIAE
 .. . NTISSIMAE . FECERVNT
 .. . AN . V . MES . X . DIEB . XII

Puteolis, in hortis Proregis . 2

TVCCIAE	DIIS	CRISEIA
SP. FIL	MANIBVS	SP...
CLEOPATRAE	CN. COSSVTIO
	ATIMETO	
	PAENVIARIO	

TVRRANIVS, duplici RR, & unica N. lapides

Romae, ad D. Mariae in Via, in scala quaedam . 1

TVRRANIAE..

SORC ..

S

in Aedibus Eruti Valen. 2.

DIS. MANIBVS

TVRRANIAE HAGNE
 Q. TVRRANIVS. ARTEMIDORVS
 LIB. GRATISSIMAE ET
 OBSEQVENTISSIMAE ET
 SIBI. FECIT. ET. LIB. LIBERTAE Q
 POSTERISQ. HORVM

Vide & in Calpurnius, 3.

TVS, sine Adspiratione. libri veteres, & Virgilius
 » Carpenfis. Carisius quoque, lib. I. Instit. Tus, inquit
 » a Tundendo, sine Adspiratione dicitur: quemuis
 » Iulius Modestus Srd re Sjev, tractum dicat. Vide
 & Porphyriorem in Horat. Carm. lib. I. Od. 30

TVSCIA, sine Adspiratione. libri, & lapides

P. TITIO. PERPETVO. V. C
 CONSVLARI. TVSCIAE. ET. VMBRIAE
 OB. SINGVLARIA. EIVS. ERGA
 IR. DVINCIALES. BENEFICIA
 ET. OB. MODERATIONEM. DOCV
 MENTO. ETIAM. POSTERIS
 RELINQVENDAM. AETERNAM
 STATAE. MONVMENTVM
 TVSCI. ET. VMBRI
 PATRONO. PRAESTANTISS. CONL

Bbb 4

In

In Aedibus Capranicorum. 2

ASTERII

L. Turcio. Aproniano. V. C.
 Filio. L. Turci. Aproniani. V. C.
 Praefecti. Vrbi. Nepoti
 L. Turci. secundi. C. V. Consulis
 Quaestori. Praetori. Quindecim
 Viro. sacris. Faciundis. Correc
 tori. Tusciae. et. Umbriae. Omni
 Virtute. praestanti. statuam
 Ex. Aere. Ordo. Spolethinorum
 Ad. Memoriam. perpetui. Nominis
 Conlocavit
 Curantibus. Flauio. s. p. r. v. p. et. Codonio. Tau.
 (ro. lun
 post. Amanti. et. Albin. Cons

Narniae, ad Portam antiquissimam. 3

T. . ie. . anii
 P. Publilio . Ceionio
 Juliano
 Correctori. Tusciae. et. Umbriae
 * ob. insignit. eius. gesta. et. inlus
 tre. Nominis. E. rationis. meritum
 Ordo. Narniensium. una. cum
 Civibus. Statuam. Contocaue
 runt. Patrono. dignissimo

Intergramae

Interamnae, apud Statium Dona-
tum. 4

Iulio . . . Ebulidae
C. V. Corr. . . Tusciae
X. Viro . . . praefecto
Aerarii . . . s. saturni
ob . . . industria . . . ipsius
merita. et . . . amorem. iux
ta. Ciues . . . Ordo . . . Inte
ramnatium . . . patrono

Florentiae. 5

Appius . . . Claudius
C. F. Caecus

Censor. Cos. Bis. Dict. interrex. III
pr. II. Aed. cur. II. Q. Tr. Mil. III. Com
plura. Oppida. de. Samnitibus. cepit
sabinorum. et. Tuscorum. Exerci
tum. Fudit. Pacem. Fieri. Cum. pyrrho
Rege. Prohibuit. In. Censura. Viam
Appiam. strauit. et. Aquam. In
Vrbem. adduxit. Aedem. Bellonae
Fecit

Arpini. 6

7. F. MANCIPI
F. CNCHAERIIT

Bbb . 5

VSC. F. SVCID

AVRYM

PED. CCCXXC

COE

TVSCVLAVVS, sine Adspiratione libri, & lapides

Appianus
 Appianus strabus et Aquam in
 Vitem, aduixit, achem, Bellonae
 Regi, Prohibuit in Censura, Viam
 tum Fudie, Pacem Fieri Cum pyrtho
 saionorum, et, Iulcorum, Exerci
 plura, Epitha, de, Sarmatibus, cepit
 pte, sed, cur, II, R, I, Mil, III, Com
 Cator, Cos, Fz, Dic, interex, III
 C. F. Cicus
 Appianus
 Lecte
 Nipini
 T. B. MANOIRO
 T. C. CHARRIT

I

Imp. Caes. L. septimio. seверо. Pio. pertinaci. Aug.
 pont. Max. Trib. Pot. VI. Imp. XI. Cos. II. P. P. M. Aurelius. Menophilus
 Ornatus. Iudicio. Eius. Equo. publ. sacerdos. Tusculan
 Aedil. polac. cum. Menophilo. patre. Lib. augg. NN
 Ex. procurat. indulgentissimo. L. D. D

Tridenti

Tridenti. 2

C. VALERIO . C. F. PAP
 MARIANO
 HONORES . OMNES
 ADEPTO . TRIDENTI
 FLAMINI. ROM. EF. AVG
 PRAEF. QVINO . AVGR
 ADLECTO. ANNON. LEG. III
 ITALIC. SODALIS. SACROR
 TVSCVLANOR . IVDICI
 SELECTO. DECVR . TRID
 DECVRIONI . BRIXIAE
 CVRATORI. REIP . MANT
 EQVO. PVBL. PRAEF. FABR
 PATRONO. COLON
 PVBLICE

TUTELARIVS, *vnica l. libri, & lapides*

Romae, in domo Caesia. F.

C. Sallio. Aristacneto . C. V
 Septemuiro . Epulonum
 Sodali . Augustalt . Iuridi
 co. per. Picenum. . et. Apuliam
 Curatori. Viarum . aureli
 ae . Corneliae . Triumphalis
 Praetori. K. Tutelario. Quaestori
 designato. et. eodem. anno. ad. aedi

litatem promotus. x. Viro
 Stlitibus. iudicandis. Oratori
 Maximo

Decuriones. et. Plebs. Coloniae
 Asculanorum
 propter. humanitatem. abstinentiam

Cura. agentibus
 Aetilio. Prisciano
 Tetrico. proculo

In Aedibus Capranicorum. 2

C. sallio . Aristaeneto
 C. V. Septemuiro. Epulon
 sodali. augustali. Iurid
 per. picenum. et. Apuliam
 Curatori. Viar. Aurel. et
 Corneliae . Triumphalis
 Pr. K. Tutelar. Q. designato
 et. eodem. anno. ad. Aedilita
 tem. promotus. x. Viro. stliti
 bus. iudicand. Oratori. maximo
 Decuriones. et. Plebs. Colo
 niae. Anconitanorum. propter
 humanitatem . abstinentiam
 efficaciam

Sic

*Sic & Tutela, unica L**In hortis Euryali Rufini. 2*

FORTVNAE. ADIVTRI
 CI. ET. TVIELAE. VAL
 FLORENTINVS
 V. L. S

*TYRANNVS. Graeca Consuetudo, libri, & lapides**Romae, in Arcu Constantini. I*

Imp. Caes. Fl. Constantino. Maximo
 P. F. Augusto. s. p. q. r

Quod. instinctu. diuinitatis. mentis
 magnitudine. cum. exercitu. suo
 tam. de. tyranno. quam. de. omni. eius
 factione. uno. tempore. iustis
 Remplicam. ultus. est. armis
 Arcum. triumphis. insignem. dicavit
 Liberatori. Urbis. Fundatori. Quietis

TYRO, *novus miles, cum Y, non cum I. ex inscri-
 ptione edicti vetustissimi, quae adhuc in Rubiconis
 ripa conspicitur; a me, superiore anno MDLXV
 cum Venetis Romam redirem, diligenter exscripta*

IVSSV.MANDATVVE.P.R.COS
 IMP.MILL.TYRO.COMILITO.
 MANIPVLARISVE.CENT.TVR
 MAEVB.LEGIONARIAE.ARMAT
 QVISQVIS.ES.HIC.SISTITO.VE
 XILLVM.SINITO.NEC.CITRA
 HVNC.AMNEM.RVBICONEM
 SIGNA.ARMA.DVCTVM.CO
 MEATVM.EXERCITVMVE.TR
 ADVCITO.SIQVIS.HVIYSCE
 IVSSIONIS.ERGO.ADVERSVS
 IERIT.FECERITVE.ADIVDICAT
 VS.ESTO.HOSTIS.P.R.AC.SI.CO
 NTRA.PATRIAM.ARMA.TVLER
 IT.SACROSQVE.PENATES.E.PEN
 ETRALIBVS.ASPORTAVERIT.SA
 NCTIO.PLEBISCI.SENATVS
 VE.CONSVLTI.VLTRA.HOS.FI
 NES.ARMA.PROFERRE.LICEAT
 NEMINI

S . P . Q . R

V

VACCINIA, duplici CC. Virgilius Carpenfis, & Vaticanus

VALETUDO dixerim libentius, quam VALITUDO Contra Analogiam, & veteres aliquot libros. video enim Horatium in Sermonibus dixisse, Valetudo producta secunda syllaba; quae, si, Valitudo, dicas brevis erit. Verisimile igitur est, alios, Valitudo; alios Valetudo, pronunciaisse, in quibus Horatium; fortasse a duplici Supino, Valitum, & Valetum; ut ab Soleo, Solitum, & Soletum; unde Obsoletum, Exsoletum. (quamvis Priscianus Obsoletus ab Obs, & Oleo deducat; & Obscenus, ab Obs, & Cano. quod nimis absurdum videtur) potest enim, ut a duplici praeterito, Solui, & Soleui, factum est duplex Supinum Solitum, & Soletum, itidem fuisse a Valeo duplex praeteritum; Valui, unde Valitum; & Valeui unde Valetum: ex quo, Valetudo. Nummus quidem argenteus Andreae Lauretani, & alius Rinaldi Odoni, sic habent, M. ACILIVS. III. VIR. VALETIV. Quo modo & antiqui lapides

In Casinati, in ruinis villae. I

SEX. VIGELLI. AQVINAT. QVI
ANN. ATTIGIT CENTENS
SET. ALTERVM. ET. AVNONAGENS
PERPET. INOFFENSA. VALETVD
EXEGIT. RELIQVOS. SEPTM. ET. D. XIIIX
DECVBVIT. ET. OCCVBVIT
NAT. LVD. SAECVL. VIII. OBIIT. SEQVE N

*VARVS, unica R. lapides, & nummi argentei tres
Andreae Lauretani, & unus Matthaei Forerij, sic
inscripti, C. VIBIVS, VARVS. et si Victorinus Afer
antiquus Grammaticus, aliter sentiat*

Romae, in Area Apollinari. I

P. Quinctilius. S EX. F. VARVS
CoS
Ludos Votiuos. pr O. REDITV
Imp. Caes. Diui. S AVGVSTI
Ioui. Optimo. MAXIMO. FECIT
Ti. Claudio. Ner ONE. CONLEGA

Ad D. Rufinae, Trans Tiberim. 2

P. ALFENVS. VARI. L
STRATO
VIXIT. ANNOS. LX XIII
NICEPOR

Ccc &

I. 3

L. NIGELLIVS
 OVF TIGITTA
 VARVS
 VETER. LEG. XIII. GEMINAE

In Agro Veronen. 4

L. TENATIVS. M. F. VARVS

VATTIVS, duplici TT scribo, ex Victorini sententia

VELLAEVS, scriptum reperio in antiquis lapidibus

Canusii. I

C. VELLAEVS. C. LIB. VRSIO. AVG
 SIBI. ET. TVTORINAE. FILIAE
 TREBELLIAE. FELICVLAE. VXSORI
 TREBELLIAE. ARESCVSAE
 ET. TREBELLIA. FELICVLA. SIBI. ET
 LIBERTIS. LIBERTAVSQVE. MEIS
 * C. IN. CVLTV. MONVMENTVM. CVM. P. XV
 ET. ITER

VENEO, pro, Vendor; sine diphthongo. ex Pandectis
 Florentinis, & antiquis lapidibus

Romae

Romae, ad Agonem. I

M. Aurelius. Romanus

et. Antistia. Chresime

Vxor . . . Eius

Fecerunt . . . Sibi

et . . . Libertis . . . suis

Libertabusq.

Posterisq. Eorum

Monumentum

cum . . . Aedificio

superposito

Hoc Monumentum. cum. Aedificio

neque. ueniet. neque. donabitur

neque. pignori. obligabitur

sed. nec. ullo. modo. alienabitur

Ne. de. nomine. exeat. Familiae. suae

VETTIVS, duplici T. nummus argenteus apud Rai-
nutium Farnesium, Cardinalem, in quo est, T. VET-
TIVS. IVDEX. & lapides

Romae, in hortis Armellinorum. I

L. VETTIO. SYNTOP-IO

M. RELIGIOSO

A. MATRE . . . MAGNA

CAPILLATO

VETTIA . . . AMOR

Ccc 2

DE . SVO . FECIT
POSTERISQVE . EORVM

In hortis Paulli Eubali, ad Aquam Vir-
ginem . . 2

DIS. Manibus
Vettiae. Hagnae. Patronae
Benemerenti
Q. Vettius. Nicephor. L

In hortis D. Alexij, in Auentino . 3

C. Vettio . C. F
Col. Nigro

Domo . Antiochia
Syria. Veterano. Leg. II
Fulminat. milit. ANN. XXVI

Vix . ANN . LVII
Ex. Testamento

Ad D. Agnetis . 4

Dis. Man

L. Vettius. phileros
Fecit. Sentiae. Hospiti
Coniugi. Suae. B. M
Iunio . Syntropho
et. sibi . et . Suis
Posterisq . Eorum

In Foro Romano. 5

Gabinus . Vettius
 Probianus. V. C. praef. vrbi
 statuae. quae . Basili
 cae. Iuliae. a. se. nouiter
 reparatae . ornamento
 esset. adiecit

Ad D. Eustachij. 6.

Dis. Manibus

sacrum

Foliae. C. F. Quietae
 M. Vettius. Tigris
 Coniugi. optimae
 Benemerenti et
 Sibi . posterisque . Suis
 et. M. Aurelio. Charilampe
 et. M. Aurelio. Achilleo. P. I. S.

et. 7

D . M

Alfenatiae. florae . Carissimae
 Vix. ann. xxxv. M. . . D. xi
 et . Alfen. Euplo
 Vix. a. l. m. vii. D. xv
 Fecit. P. Vettius. Dius
 In. ag. P. v. In. fr. P. v

Ccc 3 et

SYMPHORVSÆ
 VETTER . MEGISTE . ET
 M . VETTIVS . ONESIMVS
 ALVMNÆ . DVLCISSIMÆ
 FECERVNT
 VIX . ANNO . VNO . MENSIB . XI
 DIEBVS . XX

D . M
 M . VETTIVS . GERMANVS
 NOMINE . SVO . ET
 THAIDIS . VXORIS . SVÆ
 MONIMENTVM . FECERVNT
 SIBI . ET . LIBERTIS
 LIBERTABVSQVE
 POSTERISQVE . EORVM

D . M . M
 C . IVLIO . VETTIO . AVG . VINDELICVM . MIL
 ER . LEG . VIII . AVG
 VIXIT . ANNIS . XXIII
 MILITAVIT . ANN . VI
 H . F . C

Ⓒ, XI

VELLETO
C L A V D I A N O
FILIO . P I I S S I M O
C L A V D I A . Z O
S I M E . M A T E R

FECIT

Ⓒ, 12

D . M . S .
C . V E T T I E N O . F A V S T O . B E N E M E R E N T E
Q . H O R T E N S I V S . S E C V N D I N V S . H E R E S

MVDARHT
Sentini. 13

D . M

V E T T I A E
V I C T O R I A E
M A T R I
P I I S S I M A E
M . A E M I L I V S
M E V A N A S

Afisi, ad D. Paulli. 14

DIS. MANIEVS

SACRVM

T. VOLCASIO. CINNAMO

VI. VIR. AVG

Ccc 4

VETTIAE

SATVRNINAE

VOLCASIA. T. F. SATVRNINA. PARENTIBVS

In Agro Fulginate, ad D. Marcelli. 15

VETTIA

D : L

EPHEMERIS

Neapoli. 16

M . VETTIO

M. F. FAL. PIO

EQVO. PUBLICO

PRAEFECTO

COH. VI

THRACVM

Gratiani, opidi Montisferrati. 7

V . F

T. Vettius. T. L

Hermes

Seplasiarius

Mater. genuit. Mater. recepit

Hi. horti. ita. uti. opt. maximiq. sunt

Cineribus. Seruiant. meis

Nam. curatores. substitutam

qui. uescantur

ex. horum. Hortorum. reditu

Natali. meo

et. praebeant. Rosam. in. perpetuum

Hos

Hos . Neque . diuidi
Neque . abalienari . Volo

Ide & , in , ALLIENVS , I. & , in , CALPVRNIVS
7. & , in , CERIALIA , I. & , in , KALENDAE
12. & , in , PECVNIA , I. & , in , POLLIO , 6

VERRVCOSSVS , duplici RR , & duplici ss. ut , Im
periossus . lapides Capitolini .

VERTEX , cum E , non , VORTEX , scribendum ait
Quintilianus lib. 1. quo etiam loco , primum Scipio
nem Africanum ita scripsisse , tradit . Sosipater , Vor
ticem , a Vorando ; Verticem , a Vertendo , dicta pu
tat

VIBIVS , vnica B scribo , ex antiquis lapidibus . vide
in , HILARVS , 19. Audiotamen inscriptionem es
se Arcadiae , in Apulia , in porta Ecclesiae D. Pe
tri , in qua duplici BB scriptum sit

Mariae . M . F . Vibbiae . L . F . Tertiae
C . Vibbii . L . F . Ser . Matri . et . Sorori . M
Faciundum . Curauit .

VICENSIMVS , numquam scribo ; sed , Vicesimus , Tri
cesimus , & similia : Aurium sensu comprobante
contra veteres aliquot libros , & lapides

Romae

Romae, ad Agonem. I

.....
 SIBI. ET
 MARCIAE. PRIMAE.
 CONIUGI. PISSIM
 OPTIME. DE. SE. MERITAE
 QVAE. ANNUM. TRIGENS
 AGENS. DECESSIT.

D . D

*In nummo vero argenteo Io. Sambucihæ
 litterae leguntur*

IMP. CAESAR. TRAIANVS. HADRIANVS. P.M.

(P. P. COS. III

RELIQVA. VETERA. HS. NOVIIES. MILL. APO

(LITA. S. C

VICETIA, non, VINCENTIA. libri, & lapides

Vicetiae. I

M. Ennius. M. F. Men. Vicetinus. Sacr
 Aedi Curulium. Armentarius. Decurioq
 Decuriae. Vicetiae

In Agro Vicetino, in Monte Sumano. 2

Palaemon. L. L. L. D. F
 Gramma. Veicet. atq. Rhet
 Sibi. Et. Tuberoniae. Contubernali
 Feminae . Obsequentissimae
 atq. Bene. merenti

Lapideum . struxit. Tumulum
 In. eo. quidem. Cadauer. quies. esto
 Alio. autem. reuertito. animus

Leonici, in Agro Vicetino. 3

Sex. Atilius. M. F. Serranus
 Pro. Cos. Ex. S. C
 Inter. Atestinos. Et
 Veicetinos . Terminos
 Statuit

*VILLICVS, duplici LL. libri, & lapides. etsi qui-
 dam lapides vnica L.*

Capuae, ad D. Benedicti. 1

EVTYCHVS . VILLIC
 A. PLV'MBO
 EVAGOGVS . A. F.
 FECERVNT. SIBI. ET. SVIS

PAH-

Pausylipi. 2

GENIO . . . CAESARVM
 DIOGNETVS . . VILICVS
 FECIT

Vide & in, SALLVSTIVS, X

In Collegio Iesuitarum . 3

SIGNVM

HERCVLIS

DORVS. LARC

DISP. QVI. ANTE. VILICVS

HVIVS. LOCI

D . D

In Aedibus Atilij Delphi-

nij. 4

SILVANO

SACR

AMPLIATVS

HILARI

AUGVSTOR

LIBERTI. SER

VILICVS

D . D

Vide

Vide & in, HORTI, 3

VINDICO, non, VENDICO. libri veteres, Festus, Pandectae Florentinae, Analogia, (dicimus enim, Vindex, non, Vendex) & lapides

Romae

Romae, Ad D. Helenae, retro Thermas Constantinianas. I

Petronius. Perpenna. Magnus. Quadratianus. V. C. et. Iñ I. Praef. Urb
 Constantinianas. Thermas. longa. incuria. et. abolendae. Ciuilis. uel
 potius. Feralis. cladis. uastatione. uehementer. afflictas. ita. ut. agni
 tione . sui. ex. omni. parte. perdita. desperationem. cunctis. repa
 rationis . adferrent. deputato. ab. Amplissimo . Ordine . paruo
 sumptu. quantum. publicae. patiebantur. angustiae. ab . extremo
 Vindicauit. Occasu. et. Prouisione. largissima. in .
 Faciem. Splendoremque. restituit

In Foro Romano. 2

Imperatoribus. Inuictissimis. Felicissimisque
DD. NN. Arcadio. et. Honori. Fratibus
Senatus. Populusque. Romanus

Vindicata. Rebellionem
Et. Africae. restitutione. laetus

Vide & in MONUMENTVM, 8. & in, PLAVTIVS.
1, & in, TRIVMPHO, I

VIRDV MARVS, non, VIRIDOMARVS, Gallo-
rum dux, a M. Claudio ad Clastidium interfectus.
lapides Capitolini

VIRGILIVS, malo, quam, Vergilius. ex versu Cal-
ui, veteris poetae

» Et Vates, cui virga dedit memorabile nomen

» Laurea

Quamquam crediderim non fuisse hoc proprium Poë-
tae nomen; sed ortum esse ex Virgilia familia, sa-
tis nota; omnesq. maiores eius Virgilios fuisse. Pie-
rius etiam primam syllabam cum I, scribi maluit
cuius rationes, visum est, ut hic adscriberem, quo-
certius in hoc nomine scribendi ratio cognosceretur.
Sic igitur ille in extremo Commentario in IIII. Geor-
» gicon Librum: Non alienum fuerit, a suscepti ope-
» ris negotio, si, quo modo Virgily nomen sit scriben-
dum

» dum, ipse quoque, cum tot alijs, qui argumentum
 » huiusmodi amplexi sunt, quaesiero. I, siquidem, an
 » E, potius sit huius nominis vocalis prima, littera-
 » tissimis illis, qui superiori Aetate claruere, uiris (Po-
 » litianum significat) haud parum negotij facessit
 » Atque illud in primis non ierim infitias, in Roma-
 » no Codice passim, VERGILIVM, & VERGILI
 » per, E vocalem secundam scribi. sed enim id ea de
 » causa factum crediderim, quod mutatio litterae I in
 » E, atque itidem E in I, sit toto eo Codice frequentissi-
 » ma: ut, sublimes in aethere Nisus; pro, Sublimis
 » Quique nouas alites: pro, Alitis. Aut, Phyllides
 » ignes; pro, Phyllidis. Tum, Regidas motare cacu-
 » mina quercus; pro, Rigidas. fuerunt enim saecula
 » quae I litteram odio quodammodo prosequi visa sunt
 » Contra, quae libentius E, per I litteram proferre mal-
 » lent. hinc MIRCIRIVS ab antiquis dictus, Var-
 » rone teste, qui nunc MERCVRIVS. Et ex eadem
 » originatione Commircia illi per I, secunda syllaba
 » quod Nos Commercia per E libentius enunciare uo-
 » luimus. Quid, quod, ELIGANTER, secunda syl-
 » laba per I scribendum praecipit Caper, quod ab Eli-
 » go descendat? nemo vnus tamen dictionem ita pro-
 » ferre nunc auderet. Pari modo idem auctor, EXIN-
 » TERAVIT, quod ex interioribus verbum emanarit
 » & scribendum, & pronounciandum, monet. cum
 » nos tamen τὰ ἐντέρα, dictionem Graecam, agnosca-
 » mus, unde verbum id conformauerimus. Et, ne
 » taedium afferat singulorum nomenclatura, sexcenta
 » huiusmodi

» tahuiusmodi praeteribimus. Ut minus me moueat
 » quod in Pandectis quoque illis, quae nunc Floren-
 » tiae publice asseruantur, libro ipso Iustiniani Prin-
 » cipis, ut creditur, archetypo, non aliter, quam
 » per E nomen id notetur. Sint Commentaria Tiberij
 » Donati, grandioribus notata characteribus; sint
 » codices alij, atque alij, huius uel illius Auctoris, in
 » quibus VERGILIUS, per E scriptum inueniatur
 » Aetatis quippe id consuetudine, non ratione, fa-
 » ctum contenderim; tot alijs nominibus, quod ad
 » has litteras pertinet, pro temporum uarietate, ua-
 » riantibus. quod si aliqua reperiantur monumen-
 » ta, in quibus VERGILII nomen per E nota-
 » tum sit, certe longe plura sunt, in quibus VIR-
 » GILIUS per I legatur. Et, ne de Marone
 » dictum dubitemus, uisebatur in Foro Traiani
 » proximus his annis monumentum id, quod HONN-
 » IMPP. in Claudiani, poëtae luculentissimi, me-
 » moriam erexerant. in quo, praeter Latinam inscri-
 » ptionem, quae facti consilium, & Claudiani meri-
 » tum, indicaret, Graece insuper κατ' ἑπιτομὴν in-
 » cisum distichon legebatur huiusmodi

EIN. ENI. BIPΓIAIOIO. NOON. KAI.
 (MOYCAN. OMHPOY
 ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ. ΡΩΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑΣΙΛΗΣ
 (ΕΘΕCΑΝ

» Ex quo manifestum est, VIRGILII Maronis no-
 » men in monumentis publicis per I notatū fuisse. An
 » vero memorem Graecos Codices, in quibus Virgily
 D d I nomen

3) nomen habeatur? sane apud Stephanum in dictione
 3) Μάντσα, nomen hoc per ἰῶτα legitur, nō per ΕΨιλόν
 3) ἐξ αὐτῆς ἢ Βιργίλιος ὁ ποιητής. Sed, haec perquirere
 3) non est cōsiliū. nā obijcient, in Suidae collectaneis
 3) Vergilij Maronis nomē per Ε legi in dictione, Appia
 3) vōs qui Vergilij Georgicon Metaphrasim fecit. Sed
Decumanus maximus

D. M. A. E. uel, A, Deo magno Aeterno

D. M. B. D. de memoria bene dicit: Deo Mercurio Brutus dicauit.

D. M. B. M. F. dis manibus bonae memoriae fecit

D. M. D. dijs manibus do

D. M. F. V. C. doli mali, uel, dolo malo, fraudisue causa

D. M. L. dedit monumentum liberto: de male loquentibus

D. M. M. dijs manibus meritorum; uel, Meuiorum

D. M. N. F. L. R. L. S. E. I. de munere filiae Regis lucus est ille; uel, iste

D. M. O. Deo Max. optimo: dis manibus omnibus domum melius; uel, mitius operans

D. M. S. dijs manibus sacrum: dormierunt; uel, dormiunt mortui securi

D. M. S. C. dies malus sequitur; uel, sequatur cras

D. M. S. C. P. dies mali sequantur, cras peius: dormiunt mortui securi, cras peius

D. M. S. C. S. R. P. T. DEIV. uel, DEINV. CAR. dies malus sequitur cras, si rumpis tonitrua, de inuenies carbones

- D. N. *Domino nostro: Dominus noster*
 DNA. *domina*
 D. N. D. *
 D. N. G. *diutius non gaudebis*
 DNN. *Domini; uel, Domini, ter*
 D. N. M. Q. *deuotus; uel, dicatus numini, maiesta-*
tique
 DNO. *Domino*
 D. N. P. F. F. *uel, s. de numexata pecunia facies fa-*
ctum; uel, sacrum
 DNS. *Dominus*
 D'o. *donatio*
 D. O. *Deo optimo: dijs omnibus*
 DO. *Deo: donatio*
 DOC. *Doctore, pro, ductore*
 DOM. *domui*
 D. O. M. *Deo optimo Maximo: dijs omnibus manibus*
donum operans; uel, operatus mitius; uel, melius
 DOMIT. COS. IN; *uel, XIII. LVD. SAEC. P. C*
uel, F A C. C. Domitius consul in; uel, XIII. Ludos
Saeculares faciundos curauit
 DO. M. T. *dolo malo tuo*
 DOS. CS. E. CCL. PC. AG. VS. *duos cubitos est con-*
clusa pecunia Augustae virginis
 DOT. *dotem: dotis*
 DO. T. *dono testamenti; uel, testimonij*
 DOT. R. *dotem recuperauit*
 DO. TRA. *uel, TRIN. Diuo Traiano*
 DO. VA. *uel, VAL. Diuo Valerio; uel, Valeriano*

- D. P. dedit pecuniam; uel, potestatem; uel, publice
 Deo perpetuo: de pecunia: deuota persona; uel, pro
 uincia: diis paternis; uel, patriis; uel, penatibus
 Diuus Pius: dotem petit: dotis promissio
 D. P. D. diis penatibus; uel, perpetuis dicauit
 D. PEC. R. de pecuniis repetundis
 D. PF. de Praefecto
 D. P. F. dedit potestatem filio; uel, fratri: denuncian-
 di potestatem fecit: deuota persona fecit: donauit pe-
 cuniam filio
 D. PL. Deo Plutoni
 DPO. deposito: depositio
 D. P. O. uel, OC. de parte Occidentis
 D. P. ORT. de parte Orientis
 D. PP. Deo perpetuo: diis penatibus; uel, patriis
 D. P. P. de pecunia publica
 D. P. R. de pecuniis repetundis
 D. PS. de pauperibus; uel, principibus
 D. P. S. Deo posuit sibi: Deo perpetuo; uel, diis pena-
 tibus sacrum: de pecunia sua
 DP. S. deposuit sibi
 DPS. discipulus
 D. P. S. D. L. Deo posuit sibi diis locum
 D. P. S. D. L. D. P. de pecunia sua diis locum dedit pu-
 blice
 D. P. S. F. D. de pecunia sua fieri dicauit
 D. Q. dedit quaestu: Deorumque: Diisque: Dii Quirina-
 les: Diis Quirinalibus: Drusus; uel, Diuus Quaestor
 D. Q. Q. Deorumq. Quirinalium: deuotiq

Quirinalis: Domini Quirinales

- D. Q. R. uel, D. Q. R. de qua re
 D. Q. S. de quo supra: die, quo supra; uel, sacra
 D. R. dedit rursus: domus Regis: dotem recuperavit
 DR. uel, DRV. Drusus
 D. R. E. F. A. M. de re eadem fecit alio modo
 D. R. G. de Regibus
 D. R. M. de Roma: de Romanis
 D. R. M. de re mea: dicavit Romae monumentum
 D. R. N. Deus, respice nos
 D. R. P. de Republica
 DR. P. dare promittit
 D. R. S. de Regibus
 DRS. deserta
 D. R. S. dare respondit
 D. R. S. dicavit, re salua
 DS. Deus
 D. S. dato solo: dedit sacrum: de suo: donum superis
 DS. dis
 D. S. B. H. S. S. de suis bonis hoc sibi sumpserunt; uel, sumpserunt
 D. S. B. M. de se bene merita
 D. S. D. D. de suo donum dedere
 D. S. F. Deo sacrum fecit: de suo fecit
 D. S. I. A. Deo Soli Inuieto Altari
 D. S. I. M. Dei Solis Inuieti Mithrae
 D. S. M. I. Deo Soli Mithrae Inuieto
 D. S. M. P. de se merito posuit
 D. SP. de sapientibus

- D. S. P. Deo Soli posuit: de sua pecunia
 D. S. P. D. de sua pecunia dedicavit
 D. S. P. F. C. de sua pecunia faciendum curavit
 D. S. P. I. D. de sua pecunia Laribus danti; vel, de-
 dit; vel, dederunt; vel, dedicarunt
 D. S. P. O. de sua pecunia obiit
 D. SP. S. P. de sapientia sua perfecit
 D. S. S. de Senatus sententia: de suis sensibus: de suo
 sumptu
 D. SVP. P. de supina pila
 DT. dat: declinavit: decretum: decrevit: dedicavit
 devotus: dicat: dictator: diutius: donat: dumtaxat
 DT. dumtaxat (durat
 D. T. dedit testamento: dumtaxat
 DTA. dumtaxat
 D. TB. vel, D. TBS. de Tribubus
 D. T. D. D. P. F. dumtaxat deae denunciandi potesta-
 tem faciam
 D. T. G. Q. s? de tuo Genio, quid sentis
 DT. R. dotem recuperavit
 D. TRBLN. T. S. de tribunali tulit sententiam
 D. T. S. P. diem tertium, siue perendinum; vel, peren-
 die; vel, perendiem; vel, pereundum
 DV. vel, DV. devotus
 D. V. dedit victor; vel, vinens: devotus Vestae; vel
 vester; vel, vir; dictatorius vir: dies quintus
 diis uolentibus: dilutum vinum: donavit vinens
 donec; vel, dum uixit
 D. V. BB. dilutum vinum biberat

DVC. DVC. Ducum ductore : ductorum ductor : ducum
dictio ; uel, ditio

D.VIII. de nouem : diebus nouem

DV. I. S. deuotus istorum seruatur : duo istorum ser-
uantur

DVL. dulcis

D.V.L. deuotus uir legauit

DVL. uel, DOL. uel, DVL CISS. dulcissimus. sicq. in ce-
teris similibus

DVLS. uel, DVL. dulcis : dulcissimae ; dulcissimus

DVMS. dulcissimus

D.V.M.T. dolo, uel malo tuo

D. VS. Deae uirgines : de uerbis : de uirtutibus

D.VXO. duxit uxorem

E

E. ea: ecce: ede: edicta: Aedilis: eius: Ennius: ex-
erunt: erit: esse: est: esto: et: etiam: ex: ex-
actos: existimandos

E' eius

E. est

E. A. est ante

E. A. D. ex ante diem

E. A. B. eius aetas

E. B. eius bona

E. C. ecce

E. C. ea; uel, eius; uel, est causa: e Capitolio; uel, Co-
mitio

7 E. C. A. B. S. C. P. haec abscondita pecunia

E. C. C. etiam

E. C. F. eius causa fiat: etiam cum fratre: ex causa
feri

E. C. O. N. V. e conuiuio

E. C. P. D. L. eius causa paraueram; do, lego

E. C. S. A. B. eius causa Senatus abdicauit

E. D. Aedilem dicauit: eius dominus; uel, domus; uel
dos: est deuotus

E. D. C. uel

E. D. I. L. C. V. R. Aediles Curules

E. D. P. L. Aediles Plebis

E. D. S. edictum sit

D I

ED. V. edendo viuius

EDV. P. D. edulium Populo dedit

ED X. eduxi

E. E. ecce eum : eius aetas : ex edicto

EE. esse

EE. I. P. esse in posterum ; uel , potestate

EE. MG. P. esse magis ; uel , magister potest

EE. M. F. I. esse magis fieri iussit

EE. N. P. esse non potest

EE. P. esse possunt

E. ERG. R. eius ergo res ; uel , Rex

E. F. eius fecit : eius filius ; uel , frater : ex fide

E. F. B. ex fide bona

E. F. uel , E. FIL. uel , E. FLI. uel , E. FL. eius filius

EG. aeger : aegre : egit : ego : eius : erga

EGM. eiusmodi

EG. S. B. M. F. erga se benemerenti fecit

Romae , ad D. Paulli

DECIMIAE

L. F. EVTAXI

AE. P. AELIUS

AURELIUS

HERMEROS

CONIVGI, SAN

CTISSIMAE

EG. S. B. M. F

E. H. eius ; uel, est heres : ex heredibus ; uel, hereditate

E. H. E. ea ; uel, ex hereditate est

EH. E. exheres esto

E. H. L. N. R. eius hac lege nihilum rogatur. Cicero, in Epistolis ad Atticum : ubi mendose, EH. INR

E. H. O. L. N. R. eius hac omnibus lege nihilum rogatur ; uel, nihil rogauit

EIM. uel, EIMO ; uel, E'M ; uel, EM ; uel, E'M°. eius modi

E. I. M. C. V. ex iure manu confertum uocauit

E. I. Q. ex instituto Quaestoris

EL. R. Q. ex iuri requietum

E. L. edita lex : eius locus

EL. electus

ELG. B. E. elanguit ; uel, elanguet bonitas eius

EM. eiusmodi : emit

E'M. eiusmodi

E. M. eius merita ; uel, modi : ex more

EMP. empti : emptor

EN. endotercisus ; pro, intercisus . in Kalendario

E. N. est noster : etiam nunc : et non

E. NC. etiam nunc

ENET. Enetius

Eo. ego

EOR. eorum

E. P. edendum parce : eius pietas : e Palatio : e pu-
(blico

- est paratus
 EP. uel, EP. uel, EP. uel, EPI . epistola : epita-
 phium
 EP. M. epistolam misit
 E. PP. et praeparat
 EPS. Episcopus
 EPVL. INDICT. Epulum indictum
 EQ. Equiria. Varro, Festus, Ovidius
 EQ. AVR. Eques auratus
 EQ. COH. Equestris cohortis
 EQ. M. Equitum magister
 EQ. M. SP. POM. Equitum magister Spurius Pom-
 peius ; uel, Pompeianus
 EQ. O. uel
 EQ. OR. Equester ordo : Equestris ordinis : equus
 optimus
 EQ. P. aequalis ; uel, equestris persona : equo ; uel, e-
 quis, priuato ; uel, publico
 EQ. R. Eques Romanus : Equestri Romano
 EQ. ROM. Equiti Romano
 EQ. R. V. PRIM. P. *
 E. Q. V. *
 EQVIT. Equitum
 E. R. ea res
 ER. erunt
 ER. Aerarij : erat : erit : erogatori : erunt
 E. R. A. uel, A G. ea res agitur
 E. R. B. eius regit bona

ER. COL. *aere collato*

ERG. *uel*, ERG^o. *ergo*

ER. LEG. *Erogatori Legionis*

ER. L. M. AETN. *uel*; ETN. *erit locus memoriae aeternae*; *uel*, *memoria aeterna*

ERP. *eripiet*

ER. P. *aere publico*: *erit paratus*

E. s. e. *Senatu*

E. S. A. E. MR. *e Sacra Aede Martis*

ESQ. *Esquilina*; *Tribus*

ESS. VDD. MM. R. *esse vendendum*; *uel*, *videndum monumentum Regis*

ET. *etiam*

ET. NC. *etiam nunc*

E. T. Q. *est tempus quaerendi*

E. T. V. *ecce Tibi vindicta*

EV. *eius*

EVCH. *Euchius*, *i. bonus filius*

E. V. L. S. *eius votum libenter*; *uel*, *libens soluerunt*

EVOK. AVG. *Evokatori Augusto*

E. V. V. N. V. V. E. *ede, ut viuas*; *ne viue, ut edas*

EX. *eius*: *exigitur*

DX. *exigitur*

EXACT. *exactori*

EX. B. *eius bona*

EXCI. *excitatis*

EX. COMM. CAES. *ex commilitonibus Caesaris*

EX. C. *uel*

EX. CON *ex concione*; *uel*, *condicione*; *uel*, *consue-*

tudine; uel, conuuiuo

EXCVR. *excursio: excursor*

EX.D. uel, DO. AVG. *ex dono Augusti*

EX. DO. A. uel, AVG. *ex domo; uel, dono Augusti*

EXH. *exheres*

EX.I. uel, E.I.M. C.V. *ex iure manu confertum uocant*
uel, uocari

EX.M. *ex malitia*

EX.M.D. *eius memoriae dixit*

EX.PED. *ex pedibus*

EX.P.P. *ex pecunia publica*

EX.R. *exactis Regibus: exempla Romana*

EX.S.C. uel, S.C. *ex Senatus Consulto*

EX.S.D. *ex Senatus Decreto*

EX.T.F.I. *ex Testamento fieri iussit*

¶ est

T. et

F

F. Fabius : faciundum : factum : fama : fames : familia : famula : fas : Fastus, dies : fati : fatorum : factum : Februarius : fecit : feliciter : felix : femina : Feriae : ferrum : fides : fiduciae : fieri : figura : filius finis : fit : flamma : Flavius : forma : fortis : fortuna : Forum : frater : fraus : frigus : frons : fuit : Fulvius : fur : Furia

F. uel, FIL. filius

F. uel, F. filia

F. fit : fur

¶ pro, v. dicitur *Digamma Aeolicum*. sunt enim Gamma duo Graeci, II. quod saepe occurrit in antiquis monumentis : ut quibus facile in nostro Veterum Inscriptionum totius Orbis Thesauro inspicere poterit. ex quo haec in gratiam studiosorum nunc decerpere uolumus

Romae, nuper effoss. aduersus Aedes Marsilij Caphani, prudentissimi viri, ad Forum Sciarae Columnae. I

ERMANICO

CAISARI

I. AVGVSTI. F

III. AVGVSTI. N

III. IVLII. PRO. N

D 4

VGVRI. FLAM. AVG

OS. II. IMP. II

Ibidem. 2

O C T A V I A E

C L A V D I I

C A I S A R I S

A V G V S T I . P . P

F I L I A E

Vide & in Orthographia nostra, in, POMERIVM, I
 » Quinctilianus, lib. I. cap. 4. At Grammatici saltem
 » omnes in hanc descendunt rerum tenuitatem, de-
 » sint ne aliquae nobis necessariae litterae, non cum
 » Graeca scribimus, (tum enim ab iisdem duas mu-
 » tuamur) sed proprie in Latinis. ut in his, Seruus
 » & Vulgus, Digamma desideratur

FA. filia

FAE. Faber : Fabius : Fabricius : Fabrorum

FABR. Fabrum

FAB. uel, FABR. uel, FABROR. Fabrorum

FAB. uel, FAER. Faber : Fabrum

FAER. Faber : Fabricius

FAC. faciundum : facti : factum

FAC. B. factum bene

FAC. C. uel

FAC. CVR. faciundum curavit

FAC. F. factum feliciter

FACT. RVSSAT. factionis Russatae

- FAM. *fames* : familia : familiaris
 FAV. Faunus
 FAV.F. Faustinae fatum
 FAVS. Faustus
 FB. Fabia : fabricavit
 F'.B. fabricabant
 F.B.H. fecit bonus homo : fidei bonae homo
 F.B.Q. factum bonum quaere
 F.B.V. fecit bonus vir : fidei bonae vir
 FC. fecerunt : fecit
 F.C. faciendum curavit : factum commisit ; fidei commissum : fidei ; uel, fiduciae ; uel, fraudis causa fraudare creditores : fraude creditoris
 F.C.D. fraude credentes ; uel, creditoris
 F.C.H. felicis, i. legionis Felicis Centurioni ; uel, Tribuno, curauerunt heredes
 F.C.I. fraudationis causa Latina
 F.CL. fraude clientis
 FCR. fecerunt
 FC.R.P.C. fidei commissum ; uel, fiscum, Reip. causa
 FD. fundus
 F.D. fecit Deus ; uel, diues : fides ; uel, fide data : filia dedit : Flamen Dialis : fraude donauit
 FD. A.G. fundi ; uel, fundum agri
 FD.C. fidei commissum
 FD.M. fides mundi
 FE. Familiae : feliciter : fortem : fortis
 F.E. factum edicto ; uel, eius ; uel, est : fides ; uel, filius eius

F' E. *fortem*

FE. uel, FE. fecerunt : *fefellerunt* : *fundarunt* : *fundauerunt*

FEBR. uel, FEB. uel, F. *Februarius*

FEC. fecerunt : *fecit*

F.E.D. *factum esse dicetur; uel, dicitur*

F.ED. *factum edicto*

F.E.H. *filius, & heres*

FEM. uel, FE. *femina*

F.EQVOR. PROB. *Feriae Equorum probandorum*

FER. fecerunt

FER. fecerunt. *Feralia; ab Inferis, & Ferendo: quod tum ferunt Epulas ad sepulcrum*

FER. NEP. *Feriae Neptuno*

FF. *Fabrefactum: fabricauerunt: fecerunt: fefellerunt fundauerunt*

F.F. *fabrefactum: fabricari fecerunt: femina fortis: fidem facit; uel, fecit: fieri fecit: filia fecit: filius familias: flando feriundo; uel, ferendo: Flavius fecit Flauiae, Felicis, i. Legionis XVI. Fortunae Felici fratris filius*

F.F. uel, F. FA. uel, F. FAM. uel, F. FS. uel, FIL. FA. *filius familias*

FF. fecerunt : *fundauerunt*

FFA. *femina*

F.FBC. *fabrefactum: fecit fabricatio*

F.F.C. *fratri; uel, feminae faciundum curauit*

F.FE. *Fortunae Felici*

F.F.E. *fiat fides eius*

- F.F.F. fabricari fecerunt
 F.F.F. ferro, flamma, fame: Flavius; uel Flauij filius
 fecit fortior fortuna fato: fortis fortuna fatum
 F.F.L. uel, F.F. fratris filius
 F.H. fecerunt heredes: femina honesta: filius heredi
 uel, heres: fuit heres
 F.H.I.V. fortunam hic inuenies
 FI. filius
 F.I. fide iussa: fieri iussit
 FI. B. fide bona
 FIC. fidei commissum: fiscum
 FIC.R.P.C. fidei commissum; uel, fiscum Reip. caussa
 FID. fide: fides
 FID.D. fide dignus
 FID. F. fidelis filius; uel, frater: fideliter factum
 FID.IMP. fides imperatoria
 FID.INTEM. fides intemerata
 FID.M. fides mea
 FID.P.C. fides Patrum Conscriptorum
 FID.P.R. Fides Populi Romani
 FID.R. fide Regia
 FID.R.P. fides Rei publicae
 FID.S. uel, SER. fidelis seruus
 FID.S. fides scenae
 FIG. figulina: Figulus: figura
 FIL. filius
 F.I.L.IN.F. fieri iussit. locus in Fronte

FIN. POMER. TERMIN. *fines Pomerij terminauerunt*

FIR. *fideiussores*

F. I. S. *fecerunt in Senatu*

FL. *filius: Flaminius: Flavia: Flavius; Flaviae, idest Legionis*

F. L. *fecit locum*

FLA. *filia: Flavius*

FLACC. *Flaccus*

FLAM. *uel, FL. Flamen: Flaminius: flamma.*

FLA. R. *filia Regis*

FLAV. *Flaviales, idest, Flaminius*

FLB. *Flabrum*

FL. II. *Fatorum Legionis secundae*

FLI. *Flavius*

FLO. *Flori*

FLOR. *Floralia. Ovidius, Plinius*

FLS. *Flavius*

F. L. S. P. D. D. *

Brundisii, ad D. Magdaleneae. I

DIS. MANIB

P . SEXTIVS

SUCCESSVS. AVGV

V. A. LXXX

H . S

F. L. S. P. D. D

Vriae, extra Portam. 2

L CLODIVS

L.F. PIVS MARIAN

PRAEF FABR

V.A.VIII. M. VI. D. VI

HVIC STATVAM

ET. FL. P. D . . . D

H . . . S

MARIANVS. ET. PIA. DVLCISSIMO

FILIO

F.M. factum monumentum : facti munus : fecit memo-
riam : fides mea ; uel, mera : fieri mandauit : fi-
lius Marci : Flamen Martialis

F.M. I. uel

F.M. IT. facti munus impleat ; uel, impleuit

F.N. fides nostra

EN. AGR. fines agrorum

F.N. C. fidei nostrae commisit ; uel, commissum : fieri
nobis commissum

FO. forti

FONT. Fontanalia. Varro

FOR. foras : foris : forma : fors : forte : fortuna : fortuna-
ta : Forum

FOR. B. Forum Boarium

FORD. Fordicidia ; uel a Fordis caedendis ; uel a For-
dis bubus dicta

FOR. FEL. Fortunae Felici

FOR. FL. Forum Flamini

FOR. RED. Fortunae redditum : Fortunae Reduci

FOR. T. Forum Transitorium

FO. S. V. P. XX. ET. INN. V. uel, INN. MM. LDBLE. uel
LBLE. fode sub via pedes uiginti, & inueniet monu-
mentum laudabile

F. P. fama publica : fecit publice : femina proba: Fer-
rarijs, pistoribus : fidei promissor : fides promissa: for-
ma publica

F. P. D. fecit persona deuota ; uel, potestatem denunciari
di : filio ; uel, fratri pecuniam donauit ; uel, potesta-
tem dedit

F. P. H. SB. TABLA. uel, TBLA. uel, TLA. fortis porta
hac sub Tabula

F. PP. R. Forum Populi Romani

F. Q. Flamen Quirinalis

FR. Forum : frater : fratres : Fretensis, idest, Legionis
fronte

F. R. finibus regendis ; uel, regundis : finium regundo-
rum: Forum Regum

FR. Forum : frater

FRA. frater : fraude

FRA. C. fraude creditoris

FR. COR. Forum Corneli

FRD. fraude

FRES. ARF. fornaces Aurificum

FR. P. fratris filius

FR. I. Forum Iulij ; uel, Iulium

FR. L. Forum Liuij ; uel, Liuium

FRMS. fortissimus

F.R.P.C. fiscus, Reip. causa

FR.POM. Forum Pompeij; uel, Pompilij; uel, Pompo-
nij

FRS. fortis: fratris

FR.S. Forum Sempronianum; uel, Sempronium: Fra-
tri salutem

FRT. forsitan

Fs. familias: fratres

FS. Fratres

F.S.D. filio; uel, fratri salutem dicit; uel, dixit

FS.E. factus est

F.S.E. factum sic est

FSS. falsitas

FT. fecerunt

F.T.C. familiae; uel, famula testis causa

F.V.C. fidei uestrae commissum; uel, committo: fraudis
ue causa

FVL. Fuluius

FVLMINAT. Fulminatricis; idest, Legionis

FVNC. functus

FVR. Furinalia: Furius

G

G. Gades : Gaius : gaudium : Gellia : Gellius : Geminus : gens : genus : gestus : gloria : Gracchus : gratia : gratis : gratus : gula

G'. gens : genus

GA. uel, GĀ. grauis

GAL. Galeria ; Tribus : Galliae

GA. V. uel, GAV. V. grauitas vera ; uel, uestra

G. AVG. Genio Augusti

G. B. gens bona

G. CS. Gaius Caesar

GD. gaudium

G. D. gens dolosa : gratis dedit

GDM. gladium

GE. gerebat

GEMIN. Geminus

GEN. CORR. gente Corneliorum

GENS. gentes

GENT. gentiliū

GENVCI. D. VIR. LEG. Genucius, decem uir, legum

GER. uel, GERM. Germanus : Germanico : Germanicus

GERMANIC. Germanicus

GERM. DAC. Germanico Dacico

G. F. gloria ; uel, gula filiorum

GG. gesserunt: gessit

G.GEN.GER. gaudium generis Germanici

GG.GS. gesserunt

G.IN. gens iniqua

GL. gula

G. L. Gaia liberta: Gaius libertus: Genio lo-
ci

GL. uel, GLA. uel, GLI. gloria

GLAD. gladiatorum

GLA. INTERF. gladio interfecit

GLA.S.H.I.E. uel

GLA.S.H.INT.E. gloria sua hic intus est

GL. C. gloria Consulis; uel, Consulum; uel, Censo-
rum

GL. E.R. uel

GL. EX.R. gloria Exercitus Romani

G.L.F. Genio loci fecerunt

GL. HVM. gloria humana

GL.N.L. gloria nominis Latini

GL. P. gloria parentum; uel, patriae; uel, po-
puli

GL. P.R. gloria Populi Romani

GL. R. uel

GL. RR. gloria Romanorum

GL. R. S. gloria Romani Senatus

GL. S. Gallus Sempronius

GL. VR. RO. gloria urbis Romae

GM. Germanicus: Germanus

G.M. gens mala

- GM. F. Germanicus fecit : germanus frater
 GM. FI. germani ; uel, germanus filius
 GN. gens : genus : Gnaeus
 GN. N. genus nostrorum ; uel, nostrum
 GN. R. S. genus Romani Senatus
 GN. S. Genio sacrum : Gnaei sacro
 GOTH. Gothicus
 G. P. Galliae procurator : gloria parentum ; uel
 patriae ; uel, populi : gula parentum
 G. P. R. gloria Populi Romani
 GR. gerit : gratis
 G. R. uel
 G. R. genus Regium ; uel, Regum ; uel, Re-
 rum
 G. R. genus Regium
 GRA. uel, GRACCH. Gracchus
 GR. AT. RS. B. uel
 GR. AT. RS. B. genitor autem reseruator bonus
 GRC. Gracchus : Graecus
 GR. D. gratis datum ; uel, dedit
 GR. EX. gratia eius
 GRI. gerit
 G. RM. HI. RQ. genus Regium hic requiescit
 GR. R. S. B. gerit rem Senatus bene
 GRS. gradus
 GS. genus : gesserunt : gessit
 G. S. Genio Sacro ; uel, Sacrum : gloria sua
 GT. gentem : gentes
 GT. R. S. B. genitor, reseruator bonus : gerit rem Sena

tus bene

Gv. genus: grauis

G.V. grauis Valerius

GVS. gauisus

Gx. grex

E 2

H

H. *habet* : *Hadrianus* : *heredes* : *hereditas* : *heres* : *hic*
hoc : *hodie* : *homo* : *honestas* : *honestus* : *honor* : *honos*
hora : *Hostilius* : *hostis* : *huius*

H̄. *heres* : *honestas* : *hora*

H'. *hac*

°H. *hoc* : *honor* : *honor* : *hora*

c, *δαει̃α*, *Graec.* loco H interdum ponitur

H'. *habet* : *heres* : *huius*

HA. *Hadrianus* : *hora*

H. A. C. *

HADR. *Hadrianus*

H. AEDF. Q. C. P. AMR. PRFC. *hoc aedificium, quod*
cernis, prudens amator perfecit

H. A. I. R. *

Sentini

L SENTINATI
L. F. LEM VERO
III. VIR. QVINQ
IVR. DIC
ORDO. ET. PLEPS. SENI
H. A. I. R.
SATRIA. AN. F. VERA
FIL. PISSIMO
L. D. D. D

Vide & in Orthographia; in, QVINCTVS, 3

H. A. R. A. H. N. S. haec Ara heredem non sequitur

H. B. habet

H. B. hora bona

H. B. heres bonus : homo bonus : hora bona

H. B. F. homo bonae fidei: homo bonus fecit

H. B. M. F. heres benemerenti fecit

Panhormi

VLPIO

SEVERO

NARETVS

EQ. SING. AVG. CVR

EVSTORENIS. VIX. ANN. XXX

MANSVETVS

H. B. M. F

H. B. M. F. C. heres benemerenti faciendum curavit

H. B. S. I. V. hic bona sita inuenies

H. B. V. P. heres, bonorum ue possessor

H. C. hunc

H. C. heredem cognitorem; uel, cognouit; heredes cura uerunt: heres curavit

H. C. A. M. N. uel H. C. A. M. N. hunc amicum nostrum

H. C. D. D. * Vide in Orthographia; in T I B I - CEN, 3

H. C. I. hunc locum

H. C. L. R. E. uel, H. C. L. R. E. hunc lectorem

H. C. L. R. O. *hic locus Romanus : hunc locum Romanum*

H. COG. *heredem cognitorem ; uel, cognouit*

H. C. V. *hunc virum*

H. D. *haec dos : heredibus donauit : hic ; uel, hoc dedit ; uel, dedicauit : uel, dicauit ; uel, donauit : hic dies : hoc die : homo deuotus*

H. DD. *hic dedicant ; uel, dedicarunt ; uel, dedicauerunt ; uel, dedicatum : hoc dono datum*

H. D. D. *heredes donum dedere : hoc dono datum*

H. D. A. V. I. C. D. E. *hoc die Ara Victoriae in Curia dedicata est*

H. D. M. *haec domus Martis ; uel, Mortis : hoc dari mandauit*

HDR. *Hadriannus*

HE. *heredibus*

HE. M. *uel*

HEM. M. *heredem meum*

H. E. M. TENR. *uel, TEN. haec est memoria Tribunorum*

H. E. P. *heredes eius posuerunt*

HER. *herede*

HERM. *Hermes : Hermonius*

HER. S. *Herculi ; uel, Herculis Sacrum : heres sacra*

HES. PRC *heredes Principis*

H. EX. T. E. *heres ex Testamento est*

THEATR. *Theatrum*

H. F. heres fecit : hic fecit ; uel, fundat ; uel, fundauit
 hodie fecit : honesta familia ; uel, femina ; uel, fi-
 lia ; uel, fortuna ; uel, frons : honeste fecit : honestus
 filius ; uel, frater ; uel, fur

H. F. C. heres faciundum curauit : hoc fraude credi-
 toris

H. FF. hic fabricauerunt ; uel, fundauerunt

H. P. H. N. M. heredes fecerunt hoc nomini mor-
 tui

H. F. S. C. A. vide in Orthographia ; in, TRANSE-
 RO, 2

H. G. haec gens

HH. heredibus

H̄H. heredes

H. H. hac hora : heredes honesti : hic hodie : homo ho-
 nestus

H. H. uel

H. HO. uel

H. HON uel

HO. H. uel

HO. HON. homo honestus

H. HA. P. hic habet pecuniam

H. HER. honesti heredes

H. H. S. S. heredes hoc sepulcrum sequen-
 tur

Romae, apud Octavianum Pan-
tagathum

TERTIAE . Vxo
OPTVMAE . ONESI
MVS. ET. PRINCEPS
FECERVNT. H. H. S. S

HI. huius

H. I. hercle iuravit : hereditario iure : homo ; uel , ho-
stis iustus ; uel , iniustus

H. I. hic inuenies

HIC. IV. AEDF. REGL. hic inuenies Aedificium Re-
gale

HIC. LOC. HER. N. S. uel , NON. SEQ. hic locus he-
redem ; uel , heredes non sequitur

HI SP. V. Hispaniam vicit

H. I. hac lege : hic locus : honesto loco : hunc lo-
cum

LSS . uel

H S. Sestertium, duarum semilibrarum

H. L. D. hunc locum dabit ; uel , dedit ; uel , dona-
uit

H. I. H. N. S. hic locus heredes non sequitur ; uel , se-
quetur

H. I. H. N. T. hunc locum heredes non transcen-
dunt

H. L. M. hic locus monumenti

† †

H. L. N. *honesto loco natus*

H. W. *hoc mandavit; uel, monumentum: honesta mulier. W; uel, missione: hora mala; uel, mortis*

M. *honestamulier: hora mala*

H. NO AD. H. N. TRAN. *hoc monumentum ad heredes Mn transit*

H. M. D. A. *hoc mandavit dari Augustus*

H. D. M. A. *uel, AB. huic monumento dolus malus abest; uel, abesto*

H. M. E. N. R. *hoc monumento est Nepos Regis: horamala eorum Nuptiae relatae*

H. M. ex: locis. S. S. D. M. A. *huic monumento, & locis supra scriptis; uel, sententia Senatus, dolus malus abesto*

H. M. EX. T. H. N. S. *uel, NON. SEQ. hoc monumentum ex Testamento heres; uel, heredes non sequitur*

H. M. EX. *uel, EXT. N. REC. uel, RECIP. hoc monumentum exterum; uel, exteros non recipit*

H. M. F. *heres monumentum fecit; uel, faciundum (idest, curauit)*

H. M. H. E. N. S. *hoc monumentum heredes eius; uel exteri non sequuntur*

H. M. H. N. S. *hoc monumentum heres non sequitur uel, heredes non sequuntur; uel, sequuntur*

H. M. H. S. *hoc monumentum heredes sequetur; uel sequuntur*

H. M. M. *hic memoria mirabilis*

H.M.P. hanc memoriam posuit: hic; uel, hoc memoriae posuit: hoc monumentum posuit

H.M.S. humilis

H.M.S.M. hic mater sua; uel, sum mortua: hoc mandauit sibi mater: hora mala sumpsit moram

H.M.S.S.E.H.N.S. hoc monumentum sententia Senatus exterum, heredem, non sequitur

H.M.S.S.HH. EX. N. S. hoc monumentum sententia Senatus heredes, exterum non sequitur: hoc monumentum suis heredibus ex natione

H.M.V.S.P. hoc monumentum uiuens; uel, uiuus sibi posuit

H.N.S. heres non sequitur

HO. uel, HOM. homo

HOC.M.H.NON.SEQ. hoc monumentum heredes non sequetur; uel, sequentur

HO.H. homo honestus

H.O.I. honesto, optimo Ioui

HON. honore

HOR.VI. hora sexta: horis sex

HOS. hospes: hostis

H. O. S. hic hora secunda; uel, ossa sua; uel, sita

H.P. uel

H.P. hic ponit; uel, possunt; uel, posuit: honesta persona uel, puella: hora pessima

H.P.C. honor publicus curandus

H.PI. hora pessima

H.POSS. hereditatis possessor; uel, possessores: heres possessor

- Hr. hereditas : heres : hora
 H.R. hic requiescit : honesta ratio
 H.R.I.P. hic requiescit in pace
 H. s. haec scit ; uel, sit : Herculi Sacrum : heredes socij ; uel, sui ; uel, sunt : heres sit : hic sit ; uel, sunt hoc satis ; uel, sit : hora sacra ; uel, secunda
 H. S. haec sunt
 HSB. hostibus
 H.S.B. hic situs bonus
 H. s. D D. hoc sacrum ; uel, sepulcrum dederunt
 H. s. E. hic sepultus ; uel, situs est
 H. s. H. N. s. hoc sepulcrum heredes non sequetur ; uel sequitur ; uel, sequantur ; uel, sequuntur
 HS. III. M. N. Sestertium tria millia nummum
 H.S.P.D.V. hanc sedem posuere doctissimo viro : hoc sepulcrum posuit deuotus vir
 H.SPL.M.A. uel, AV. haec sepultura modo aucta
 HSS. uel, HSS. honestus : hostes : hostibus
 HS.s. uel, H. ss. hostes sacrilegi : hostia sacrilega
 H. s. s. hic sepulti ; uel, siti sunt : hoc sibi sepulcrum
 H. s. V. F. M. hic ; uel, hoc sibi uiuens ; uel, uinus fieri mandauit
 H. s. V. s. P. hanc Sedem uini sibi posuere
 HS. uel
 HS. sestertium
 HS. honestas : hos
 TR. Theatrum
 HT. habet

HTS. hereditas : humanitas

HTT. hereditatibus

Hv. huius

H.V. haec vita ; uel, urbs ; uel, uxor : hic Vale ; uel, ue-
ster : hoc uiuens : hodie uenit ; uel, uiuit : honesta
vita : honeste vixit : honestus Vir : hora quinta
hunc virum

H.V.B. B. heres verus, bonorum possessor : hodie uenit
bona pecunia : honeste uixit bona persona

HVDs. humidus

H.VI. hora sexta : horis sex

H.V.M. Hispaniae utriusque ; uel, hoc victoriae ; uel
hostium victorum monumentum

H.VR. uel, VIR. honestus vir

HVS. huius

H.V.S.P. hanc uoto soluto posuit : honesto viro ; uel, ho-
nestus uir Statuam posuit

I

- I, pro, Oe. Fidus; pro, Foedus. vide Varronem
II. Grayus, scribebat Cicero
I. Ianua: ibi: immortalis: Imperator: impleuit: in: Infe-
ris: inibi: innocentissimus: inscripsit: inter: interdum
interea: intra: inuenit: inuicto: Ioui: ipsi: iudex: iu-
dicium: Iulius: Iunius: Iuppiter: iure: iurisdictio
ius dicendo: iussit: iussus: iuxta: Vnum
Imperitiam significat
I. inter: interdum: intra
I. in
I. inter
I. intra
IA. interea
IA. interea: intra
I. A. itus, ambitus: iudicem arbitrum: iussit al-
ter
IA. C. uel, I. C. intra Circulum
IAD. iamdiu: iamdudum
I. AGL. in Angulo
IAN. Ianuarius
IA. P. uel, I. A. P. intra Pomerium; uel, Prouinciam
IA. P. uel, IN. AG. P. in Agro Pedes
IA. Q. iam quam: intereaque
IA. RI. iam respondit
IA. SD. uel, S. D. iam satis dandum

- I. A. S. F. *itus, ambitus, sine fraude*
 I. B. *uel, I. B'. in breui*
 I. B. L. N. *in balneo*
 I. C. *iurisconsultus*
 I. C. *inter; uel, intra circulum: Iulius Caesar: iurisconsultus: iusta causa: iuxta Catulum*
 II. C. *inter; uel, intra circulum*
 I. C. E. V. *iusta causa eius; uel, esse videtur; uel, ui debetur*
 I. C. L. *intra cliuum*
 I. C. P. O. *in cupresso*
 I. D. *idus: interdum: iudex: iurisdictio*
 I. D. *in dimidio; uel, dominio; uel, domino: Inferis diis; uel, dis: Ioui dicatum: iudicium dabo: iuris dicendo; uel, dicundo: iuris dicendi; uel, dicundi iurisdictio*
 I' D. *interdum*
 I. D. C. *iuris dicendi; uel, dicundi causa*
 I. D' E. *idem est*
 I. DICT. PP. *Iulius Dictator perpetuus*
 I. D. I. D. *iudicium indicandum*
 I. D. I. D. *iudicium dabo; uel, das*
 I. D. II. *iudicium dabo iuris iudicio*
 I. D. P. *uel, I. D. PE. uel, I. D. P. P. iurē; uel, iuris dicendo; uel, dicundo; uel, iura iudicando praecipit; uel, praecerit: uel, praesuit*
 I. D. Q. *idemque*
 I. E. *in eum: interest*

- I. E. in edictis : iudex esto
 I. EDM. in Aedem
 I. E. P. H. in Edictis perpetuis haec
 I. F. interfuit
 I. F. in Foro ; uel, Fronte ; uel, Fundo : interfuit : Iu-
 lyfilius
 I. F. uel, FO. uel, FR. B. in Foro Boario
 I. F. FL. in Foro Flauij
 I. F. H. uel, HA. uel, HR. in Foro Hadriani
 I. F. N. in Foro Neruae
 I. F. NT. in fenestra : in fronte
 I. F. P. uel, IN. F. P. LAT. uel, IN. FR. P. LAT. in Foro
 uel, fronte pedes latitudinis ; uel, latum
 I. FO. in fundo
 I. F. C. uel, I. FO. C. uel, I. FOR. C. uel, I. FOR. CS. A. in
 Foro Caesaris Augusti
 I. FO. uel, FOR. FLAM. uel, FLA. uel, FLM. in Foro Fla-
 miniae ; uel, Flaminij ; uel, Flaminis
 I. FO. I. uel, I. F. IV. in Foro Iulij
 I. FO. LI. uel, I. F. L. in Foro Liuij ; uel, Lucij
 I. FO. POP. uel, I. F. P. uel, POP. in Foro Pompeij, uel, Po-
 pillij ; uel, Populi
 I. FO. POMP. uel, I. F. POMP. in Foro Pompeij ; uel, Pom-
 piliij ; uel, Pomponij
 I. FO. uel, I. F. P. R. E. A. D. P. in Foro Populi Romani
 uel, pro Rostris, & ante diem pridie.
 I. F. uel, FO. P. in Foro Pacis ; uel, Palladis ; uel, Pons-
 peij ; uel, Pomponij ; uel, Popillij ; uel, Populi
 I. FO. S. in Foro Saturni ; uel, Sempronij

- I. FO. uel, F. TR. uel, F. TR. in Foro Traiani; uel
 Transitorio
- I. FR. in Fronte
- I. FT. in Fronte
- IFT. interfuerunt
- IG. igitur
- I. G. in Agro
- I. G. R. R. iure gentium res repes
- I. H. in hostem: iustus homo
- II. duo millia
- II. ibi: inibi: in iustis: iterum: iusiurandum: secundus
- I. I. ius iurandum: iuste iudicauit
- II. VIR. uel II. VIR. Duumuir: Duumuiri
- III. VIR. uel. III. V. Triumuir: Triumuiri
- IIII. VIR. uel, IIII. V. uel, IV. V. uel, IV. VIR
 Quattuor uir: Quattuoruiri: Quartumuir
- VIII. TT. quattuor Tituli; uel, Tribuni
- IIII. VIR. sextum uir: sex uir: seuir
- IIII. VIR. uel, LIIII. sextumuir
- III. VIR. R. P. C. Triumuir Reip. constituendae
- III. VIR. uel, VIRI. AED. CER, Triumuir; uel
 Triumuiri Aediles Cereales; uel, Caerimoniales
- III. VIR. A. A. A. F. F. Triumuir aere, argento, auro flando feriundo; uel, ferundo
- II. VIR. QVINQ. Duumuiro Quinquennalis
- II. VIR. QVIN. COL. IUL. HISP. Duumuir
 Quinquennalis Coloniae Iuliae Hispellae

IIX. octo

I. I. I. *Iusta iudicavit iudicia*

I. I. N. Q. Q. *in iustis nuptiis quaesitos quaesitus*

I. L. uel, I. L. *in loco: intra limen; uel, limitem; uel limites: iure legis: iusta lege; uel, lex*

I. L. A. *in legibus, Actionibus: in loco absenti*

I. L. D. *in loco diuino; uel, domus*

I. L. F. *iuris legis fecit*

I. L. P. *in loco praesenti; uel, priuato; uel, publico*

I. L. Pl. *in loco praesenti*

I. L. R. *in loco Religioso*

I. L. S. *in loco sacro; uel, sancto*

IM. iam: *immortali: imperator*

I. M. *hymnus; idest, laus*

I. M. CT. uel, CTI. *in media Ciuitate*

I. M. I. S. I. B. A. uel, ABCD. *in monumento isto sunt intus bona abscondita*

IMM. *immolauit: immortalis*

I. MNT. *iuxta montem*

I. MO. *in medio*

IMP. *impensa: imperatore: imperator: imperauit imperium*

IMP. AV. *Imperator Augustus*

IMP. CS. A. *Imperator Caesar Augustus*

IMPIET. *impietatem*

IMPL. uel, IMPL. *imperiale: imperialis: impleuit*

IMPP. *imperatores: imperauerunt*

IMPPP. *imperatores. (de tribus)*

I. M. TPL. *in medio Templo*

- IN. *inscripsit* : *intercessum* : *interdum* : *interea*
 I. N. *iustus nuncius* : *iustis nuptijs*
 IN. A. *uel*, A. G. *uel*, A. G. R. P. *uel*, I. A. P. *in Agro pedem*
uel, pedes ; uel, pedum &c
 IN. B. M. *in bona memoria*
 IN. CAPIT. *in Capitolio*
 INCL. *incola* : *incolae*
 INCOMP. *incomparabili*
 IND. *indictio*
 I. N. E. *uel*, E. E. *iussum non esse*
 INF. *inferat*
 INF. AER. PP. R. *inferet Aerario Populi Romani &c*
 IN. F. *uel*, FR. *uel*, FRO. P. *uel*, I. F. P. *in fronte pedes ; uel*
pedum &c
 IN. F. IN. A. V. L. L. P. X. *in Fronte, in Agro uersus, la*
te longe pedum decem
 IN. FO. *in Foro* : *in Fundo*
 IN. HC. MM. S. P. S. *uel*, S. F. *uel*, SI. FN. *in hoc monu-*
mento sunt pecuniae sacrae ; uel, sine fine
 IN. H. D. D. *instituto heredes dedicauerunt*

Romae, in hortis Carpens

IN. H. D. D
 T. ALBANVS
 PRINCIPIA
 NVS. EVOK
 AVG. N

IN.H.M.S.P.uel.PEC.S.F.in hoc monumento sunt pecu-
niae, sine fine

IN.L.illustris

IN.L.ADMRBL.inuenies locum admirabilem

IN.M.I.S.D.A.in memoria ista; uel, monumento isto
sunt diuitiae Augusti

I.N.Q.in iustis nuptiis quaesitor

I.N.Q.Q.in iustis; uel, iustis nuptiis quaesita quaesitus
iustus nunciatus quaesitos quaesitus

INR.AR.intra aram

IN.S.R.in Senatu Romano

INT.uel INT.uel, INC.initio

INT.intus

INT.Intercisum denotabat diem

INTERF.interfecit

INTS.introeuntes

INT.S.AR.E.M.S.intus sub Ara est memoria sa-
cra

INT.S.B.E.uel, EX.intus sunt bona eius

IN.TVT.NS.N.D.in tutela nostri no minis dedit

I.O.ET.D.D.Q.Ioui optimo, & Dis, Deabusque

I.O.M.H.AVG.SACR.Ioui optimo maximo Honesto
Augusto Sacrum

Romae, Trans Tiberim

I. O. M. H. Aug

Sacr

Genio. Forinarum

F 2

et. Cultoribus . huius
 Loci. Terentia. Nice
 cum. Terentlo . Damari
 one. Filio. Sacerdote. et
 Terentio. Damarione. Iun
 et. Fonteio. Onesimo. Filio
 Sacrorum. Signum. et. Basim
 Voto. suscepto. de. Suo. posuit
 Lustrum. eiusdem. Demario
 nis

I. O. M. I. M. Ioui optimo Maximo immortalis
 I. O. M. S. Ioui optimo Maximo Sacrum

Neapoli, in Aenea lucerna, per pulchre sculpta, quae
 Gnatiae inuenta est

L. C. I

C. I. C

I. O. M. S

IOVI. SABAZ. Ioui Sabazio

I. P. uel, I. P. intra posuit; uel, prouincia

I. P. in pace; uel, possessione; uel, possessionem; uel, prouin
 cia; uel, publico: intra posuit; uel, prouinciam: ius
 Pontificium; uel, Pontificum; uel, potentium; uel
 praeepti; uel, Praetoris: iusta persona: iustus pos
 sessor

I A P. uel, I. P. intra prouinciam

I PCE. ius praeepti

I P. CS. Imperator Caesar

I. PNA. in piscina

- I. P. S. in piscina; uel, positione; uel, possessione
 I. P. T. in potestatem
 I. P. T. E. in pariete; uel, parte
 I. P. T. O. in puteo
 I. P. R. T. O. in prato
 I. Q. R. C. in Quercu
 I. R. iure Romano; uel, rogauit: iuribus Romanis; uel
 Romanorum: ius Romanum
 I. S. ij sunt: in Senatu; uel, Senatum: iudicatum solui
 iudices sunt: iudicio Senatus: iudicium solius; uel
 soluit
 I. S. C. in Senatus Consulto: iudices sunt creati
 I. S. C. L. in scala
 I. S. D. inferis sacrum dijs: in serijs dijs
 I. S. F. in Senatu fuerunt
 I. S. N. R. in Senatu Romano
 I. S. S. inferius scripta sunt
 I. T. uel, I. T. item
 I. T. uel, I. T. T. intra tempus: iure Testamenti
 I. T. B. A. in Tabula
 I. T. C. intra tempus constitutum
 I. T. II. C. L. intra duos colles
 I. T. II. S. P. L. intra duo sepulcra
 I. T. P. intra Pedes. & c
 I. T. P. L. A. P. L. in Templo Apollinis
 I. T. T. P. in tuo tempore
 I. V. uel, I. I. I. I. quattuor
 I. V. iustus vir
 I. V. D. iudicium: iudico

IVL. *Iulius*

IV.L.ADMRBL. *inuenies locum admirabile*

I.VLL. *in valle*

IVN. *Juniorum: Iunius*

IVNON. ET. PROSERP. *Iunoni, et Proserpinae*

IVR. D. *iuris dictio*

IVR. MLL. *iure militari*

IVT. FLM. *iuxta flumen; uel, fluiuium*

IV. TT. *quarti Tituli; uel, Tribuni*

IVV. uel, IUVEN. *iuuenis: iuuentus: iuuentutis*

IXT. L. *iuxta Lacum*

IXT. PRIM. *iuxta parietem*

K

K. *Kaesus: Kalendae: Kalumnia: Kaput: Kardo: Karissimus: Karthago: karus: kastra: koelius: condemnati*

K. uel, KA. uel, X. *Karissima*

K. uel, KL. *Kalendae*

K². uel, kA. *Kastra*

K. uel, K^o. *Kardo*

KAL. *Kalendae*

KAR. *Kardo: Karissimus: Karthago*

KAR. C. *Karthago, Ciuitas*

KAR^o. *Karthago*

K. AVG. *Kalendae; uel, Kalendis Augusti*

K. C. *Kalumniae caussa: Kapite census; uel, censuum uel, caesus: Karthago, Ciuitas*

K. D. *Kalendae Decembr.: kapite deminutus; uel, donatus*

K. DD. uel, K. D. D. *kastra dedicamus; uel, dedicantia; uel, dedicauerunt; uel, dedicauit*

K. F. *Kardo, finalis: kastra fixit*

K. FX. *Kastra fixit*

K. IA. uel, IAN. *Kalendae; uel, Kalendis Ianuarij*

KI. *Karissimi*

KK. *Karissima: Karissimi*

K. K. uel, K. C. *Kalumniae caussa*

XL. *Kalendae*

- K.M. uel, K. Karissimus
 K.M. Kardo Marinus; uel, maximus
 K.MR. Kara memoria
 K.MT. Koelius mortuus
 K.N. Kalendae Nouembr
 KOM. Kompositum
 KOMSS. Komissum
 K.P. Kardo positus: K astra peregrina; uel, ponit; uel
 Ponti; uel, posuit
 KPM. K armen; idest, Tonus; uel, Sonus
 K. PS. K astra peregrina; uel posuit
 K.Q. Kalendae; uel, kalendis Quinctiles; uel, Quincti
 lis
 KR. Karissimus: Karthago: Khorus
 KR. C. Kara Ciuitas
 KR.M. Kara memoria
 KR. uel, KK. ST. CND. SEP. uel, SPLC. Kara sunt cernen
 da saepius; uel, sepulcra
 Ks. khaos
 K.S. Kalendae Sextiles; uel, Sextilis: Karus suis
 KS. AM.N. Karus amicus noster
 KS.R.N. Karus Rex noster
 K.T. Kapite tonsus
 K.I. uel, IAN. F. uel, FEBR. MAR. AP. uel, APR
 MATI. IVN. IUL. uel, Q. uel, QVINCT. AVG
 uel, SEXT. SEP. uel, SEPT. OCT. NOV. DEC
 &c

L

- L. Laelia: Laelius: Laribus: Latini: laudabile: lator: legavit: lege: Legio: legitime: lego: lex: libera: libertas: liberti: libertus: Lilius: limes: lis
Linius: locavit: locus: Lollius: lucus: ludus: Lucius: quinquaginta: As, nummus libralis
L. uel, LIB. uel, LIBERT. libertus
LX. lector: lex
L. A. C. Latini Coloni; uel, Coloniani; uel, Colonia-
ry
L. A. D. locus, alteri datus
L. ADQ. locus adquisitus
L. AEL. Lucius Aelius
L. AG. lex Agraria
L. A. I. AD. lapide iussere adscribi; uel, adsculpi
L. AN. L. Annius: quinquaginta annis
L. AP. ludi Apollinares; uel, Apollineus; uel, Apol-
linis
LAR. Larentinalia. Varro, Ouid. Plut
LAT. Latina: latitudine: latum
LAT. P. VIII. S. latitudine; uel, latum pedes octo, &
semis
LB. libertis
L. B. Lucius, bonus; uel, Brutus
L. BIB. Lucius Bibulus

- L. B. M. D. *locum benemerenti dedit; uel, donauit*
- L. BO. *lex B aria*
- L. B. P. *locus bene possessus*
- LC. *locus*
- L. C. *Latini Consules; uel, ciues: uel, coloni: lege cauetur: libertatis caussa: Lucius Catius; uel, Cornelius*
- L. C. D. *uel*
- LC. DIV. *locus diuinus: lucrum; uel, lucum diuinum: locus diuinus*
- L. CEN. *Lucius; Censorianus; uel, Censorinus*
- L. CIN. *Lex Cincia; uel, Cinnae: Lucius Cincius*
- L. COE. *Lucius Coelius*
- LC. S. *locus sacer: lucrum; uel, lucum sacrum: lucus sacer*
- LC. SN. *locus Senatus*
- LD. *laudandum*
- L. D. *locus datus; uel, dedicationis; uel, dedicatus uel, diuinus: locum dedicationis; uel, deditum uel, dedit: legem dat; uel, dedit: libera domus: liberti dominus: liberti domus: legem dico: laudes dat: legauit dono: locum decreuit; uel, donauit: lucrum; uel, lucum diuinum*
- L. D. A. B. M. *locum dedit Aulus benemerenti*
- L. DD. *Linus; uel, Lucius dedit; uel, dedicauit: lo-*

cus dedicatus

L. D. D. locum diis dedicavit : locum dono dedit : uel
dederunt ; locus dono datus

L. D. D. D. libens datum ; uel , locus datus decreto
Decurionum : libens dono dedit ; uel , dicitur
locum dono dedit ; uel , dederunt : locum dedica-
tionis dono dederunt : locus dedicationis , Deo
dicatus : locum dono dederunt ; uel , diis dica-
uit

L. D. D. D. P. locus datus decreto Decurionum publi-
ce ; uel , Pisauriensium

L. DIV. locus ; uel , lucus diuinus

L. D. P. locum dedit publice

L. D. S. C. locus datus Senatus Consul-
to

L. DVI. locus diuinus

L. E. D. lege ; uel , lex eius damnata ; uel
damnatus ; uel , data

LEG. AVG. PRO. PR. PROVIN-
DAC. COL. VLP. Legato Augusto, Propractori Pro-
uinciae Daciae, Coloniae Vlpiae

LEG. III. ITAL. Legionis Tertiae Ita-
licae

LEG. LEG. V. Legatus Legionis Quin-
tae

LEG. uel , LG. Legatus : legauit : lege : Le-
gio

LEG. X. Legio Decima : Legionis Deci-
mae

L.EL. Laelius

L.EM. Lemuria. Varro, Ovidius: Lemonia, Tribus

L.EM. locus emptus

L.F. uel, FIL. uel, FL. Lucij filius

L.F. Lucij filius: Lucius Flaminius; uel, Flavius

L.F.C. libertis; uel, libertus faciendum curauit

L.FV. Lucius Furius

L.G. legatum: legatus: legauit: leges: Legio: legum

L.G.D. uel, LG. D. legem dat; uel, dedit: lege dicta
Legio X

L.G.EG. legem egisse

L.G.F.S. legem fecit suam

L.G.PM. legem promisit

L.G.S.F. legem suam fecit

L.G.S.I. legem seruare iussit

L.G.S.P. uel s'. P. legem seruare praecepit; uel, promisit

L.H. locum heredibus; uel, hunc: locus heredum

L.H.D. locum hunc dedit; uel, donauit

L.IA. Liua

L.IB. Liberalia. Varro: libertas: liberti: libertus: librarum

L.IB. AVG. VIND. MA. AVR. C. X. Liberto Augustali uindicta manumisso aereos centum decem

- LIBER. libertabus : libertis
 LIBER. D. libere donata : libertis donavit
 LIBER. L. F. F. O. M. D. S. *
- LIB. LIB. Q. POST. Q. EOR. libertis, libertabusq. posterisq. eorum
 LIBR. librarius
 L. I. legem indixit ; Lex Julia
 L. IC. loca incerta
 LIC. CVR. Licitor curiatus
 L. I. D. A. C. Lex Julia, de Adulterijs coercendis
 L. I. D. A. uel, AG. uel, AVG. Lex Julia, Divi Augusti
 L. I. I. Q. locus iniuriae ; uel, in iure ; uel, quaesitus uel, Quiritum
 LI. MET. limitibus metiendis
 L. IMPE. uel, IMPL. locus Imperialis
 L. IT. F. locus inter fines
 LITIB. I. litibus iudicandis
 LITR. litterae
 LITTR. litteratus
 LIV. quinquaginta quattuor
 L. IV. lex Julia
 L. IV. REP. lex Julia, Repetundarum
 LL. dupondius, duarum librarum : Laelius : lacti legibus : lubenterque
 L. L. laudabilis locus ; uel, loci : libertis, libertabus : Liniy ; uel, Lucij libertus ; uel, liberto : Lucius libertus

- L. L. L. *Lucij liberti locus* : tres liberti ; uel, *Lucij*
- L. L. L. M. M. *lacerat lacertum Largij mordax Memmius* ; uel, *Meuius*
- L. L. L. P. O. M. S. tres liberti *Patrono optime merito Sacrum* . vide in *Orthographia*, in, *PLAVTIVS, I*
- L. L. P. E. *libertis, libertabus, posteris eorum*
- L. L. P. Q. *libertis, libertabus, posterisque*
- L. L. Q. E. *libertis, libertabusque eorum*
- L. L. uel, L. LVC. Q. F. *Lucius Lucceius, Quinti filius*
- L. S. uel, LL. SS. uel, HS *libertis Suis* ; uel, *Sestertium* notat
- L. LVCC. Q. F. *Lucius Lucceius, Quinti filius*
- L. M. *legauit monumentum* : lege *mandauit* : libero *munere* : *liberti monumentum* : *litterae missae* : *locum* ; uel, *locus monumenti* ; uel, *monumento* ; uel *mortuorum* : *Lucius Murena*
- L. M^o. uel, L. MV. uel, L. M. *Lucius Murena* ; uel *Morena*
- L. MAN. *Lucius Manilius* ; uel, *Manlius*
- L. M. D. *liberto monumentum decreuit* : *locus manibus* ; uel, *monumenti* ; uel, *morti diutius* ; uel, *deditus*
- L. M. E. *lex mecum est*
- L. M. L. *Lucij Murenæ locus*
- L. N. *Latini nominis* : *Lucij nepos*
- L. NN. FAV. *Lucius Nonius Faustinus*

Lo. Lotionis

L. O. legas omnibus

LOC. D. EX. D. D. locus datus, ex decreto Decurionum

LOC. MON. DED. locum monumenti dedit

LONG. P. LAT. P. longum pedes, latum pedes. &c

L. P. lege punitus: loco privato; uel, publico: locus pius; uel, populi; uel, propitius; uel, proprius; uel publicus: Lucius Piso

L. P. C. R. uel, L. PR. C. R. Latini prisca, Cives Romani

L. P. D. locus publice datus

L. P. D. D. D. locus publice datus, decreto Decurionum

L. P. F. F. locum publice fieri fecit

Romae, effoss. ad Forum Sciararum
Columnarum

P. VERNIVS. P. F.

QVI

L. P. F. F. V. A. VI

L. PL. lex plebeia: loca periculosa

L. PL. locus publicus

L. POS. Lucius Postumius

L. PR. loco; uel, locus privato; uel, proprio; uel priuatus; uel, proprius

- L. PV. uel, PVB. loco; uel, locus publico; uel, publicus: Lucius Publilius; al. Publius
- L. Q. ET. LIB. libertisque, & libertabus
- L. Q. P. libertisque, pedes; uel, posteris
- L. Q. S. loco; uel, locus quo; uel, qui supra: locus quae situs Senatui
- L. Q. S. E. locus, qui superest; uel, supra est
- L. R. lege rogatur; uel, rogatus: lex Romana: locum redditum: locus; uel, Lucius; uel, lucus religiosus
- L. R. I. lex Regis, iusta
- L. R. Q. locus religiosus quaesitus
- L. R. V. lex Romana vetat
- L. RV. lex Rusticana
- L. S. Laribus sacrum; uel, sacrorum: Latini Socij liberto suo: Lucius Samius: lucus; uel, locus sacer Ludi Sacri
- L. SC. locus Sacer
- L. S. D. locum Sacrum deditum: locum sepulturae dicens: locum sibi dedit; uel, dicauit
- L. S. DEN. Lucius Sicinius Dentatus
- L. S. M. C. locum sibi monumento concessit
- L. S. P. uel
- L. S. PAL. loca Sacra Palatij: locus Sacri Palatij
- L. T. legauit Testamento: legem tulit: libertas terrae libertus testis: locus Tati; uel, Titi; uel, Titij: Lucius Tatius; uel, Titius
- L. T. F. I. uel, M. locum Testamento fieri iussit; uel mandauit
- LT. PR. Latini Patres

LV. quinquagintaquinque
 L. V. lege vetat : lex vetat : lex vetus : liberto viuen-
 te : Lucius Valerius : quinquagintaquinque
 L. VAL. R. F. Lucius Valerius Rufus : M.
 LVCR. lucretur : Lucreti : Lucretius : M.
 LVD. ludi : ludus : M.
 LVD. AP. ludi Apollinares : ludus Apollinis : M.
 LVD. MART. IN. CIRC. ludi Marti, in circo. Ouid
 LVD. PLEB. IN. CIRC. Ludi Plebey, in Circo. Sueto
 nius : M.
 LVD. uel, LVD. SAEC. Ludi Seculares : M.
 LVD. SAEC. uel, SAEC. FAC. C. uel, CVR. Ludos
 Saeculares faciundum ; uel, faciundos curauit
 L. V. G. P. Lucius Verus, Galliae procurator : M.
 LX. lector : lex : M.
 L. VI. lex Villia : M.
 L. VOC. lex Voconia : M.
 LVPER. Lupercalia. Variō : M.
 LVVS. Lusius : M.
 LX. sexaginta : M.
 LXX. septuaginta : M.
 LXXX. octuaginta : M.
 G. II. D. A. M.

M

*M. Maceria : macula : magnus : malus : mando
Manibus : manumissus : manus : Mareus : Mar-
ti : Martius : mater : matri : maximus : mecum
meam : meis : Memmius : memoriae : mensa : men-
semensibus : mensis : mercede : Metellus : meum
mibi : miles : militavit : militiae : mille : Minu-
cius : mirabile : misso : modo : moneta : monumen-
tum : moram : mordax : mors : mos : Mucius : mu-
lier : mundus : municeps : Munius : minus*

M̄ . Animi : Manibus : Manius

M. uel, W° uel, MVL. Mulier

M^e. molestus

Mⁱ. mihi : Minucius

M^o. modo

M̄ . uel, M̄; uel, M̄; uel, M̄; uel, MAN. Manius

MA. Macunius : magnus : manu

M. A. Marcus Aemilius ; uel, Aurelius

MAE. Maecia, Tribus

M. AEM. Marcus Aemilius

MAG. magister : magistratus

M. A. G. Militis ager

MAG. uel, M. E. uel, EQ. magister equitum

MAG. IVV. magister iuventutis

MAG. M. magister magistratus

MAG. ML. magister ; uel, magistratus militum

- MAG. MVN. *magister munerum*
 MAG. QVIN. *magister Quinquennalis*
 MAI. *maior*
 MAN. *Manibus: Manius*
 MANI. *Manibus: Manilius: Manius*
 MAR. *Marcus: Marcus*
 MARIT. *maritus*
 MAR. OLL. D. *marito Ollam dedit*
 MART. CAR. MONET. *Marti, Carnae, Monetae*
Macrob. & Ouid
 MART. uel, MAR. VLT. *Marti Ultori*
 MAT. MAT. *Matri Matutae. Ouid*
 MAT. P. FEC. ET. S. ET. S. P. Q. E. *mater piissima fecit*
& sibi, & suis, posterisq. eorum
 M. AVR. uel, M. A. *Marcus Aurelius*
 MAVRIC. *Mauricius*
 MAX. *Maximus*
 MAX. POT. *Maximae potestatis: maximus Pontifex*
 MAX. SEN. *maxima senectute*
 MAXX. *maximi. (de duobus)*
 M. B. uel, W. B. uel, MVL. B. *mulier bona*
- T. L. terra libera: testamento legauit: testis libertus
Titi libertus: Titus libertus; uel, Liuius
- T. LEG. III. Tribunus Legionis Tertiae
- TM. tantum: terminus: testamentum: thermae
- TM. D. uel, DD. terminum dedicante; uel, dedicauit; uel
dicaui: testamento donauere; uel, donauit: thermae
dedicatae
- T. M. O. testamento monumentum: titulum monumenti
- T. M. O. C. testamento monumentum; uel, titulum monumenti curauit
- TM. P. terminum; uel, tumulum posuit: terminus positus
- TMR. trimagister
- T. M. R. *
- TN. tamen
- TOR. Tormae; pro, Turmae
- TORQ. torque
- TP. tempus
- T. P. terminum; uel, titulum; uel, tumulum posuit: Tribuniciae potestatis
- TP. B. uel, T. B. tempus bonum; uel, breue
- T. P. C. uel, D. titulum publice curauit; uel, dicaui
- TP. I. testamento poni iussit: titulum poni iussit
- TP. D. templum
- TP. M. uel, T. M. tempus malum; uel, medium

- TR. Tribunus : trinus
 TR. A. uel, AER. Tribuni; uel, Tribunus Aerarij
 TRAI. Traianus
 TRANS. AM. trans amnem
 TRANS. P. A. trans Padum, amnem
 TRANS. PAD. trans Padum: Transpadani
 TRANSPAD. transpadana
 TRB. Tribunus
 TR. CEL. Tribuni; uel, Tribunus Celerum; uel, Celsum
 TR. F. Traianae Fortis; idest, Legionis
 TRIB. LATI CL. Tribunus Laticlauio
 TR. P. uel, TR. POT. uel, TR. PT. uel, TRIB. POT
 uel, TRIBUNIC. POTEST. Tribuniciae potestatis: Tribunicia potestate
 TRIVMP. uel, TRIVMPH. triumphator: triumphauit: triumphum
 TR. LEG. Tribunus Legionis Secundae
 TR. M. uel, TR. ML. uel, TR. MIL. uel, TRI. MILIT
 Tribunus Militum
 TR. uel, TRI. P. uel, PL. Tribunus Plebis
 TR. T. Turris Tarpeiae
 TR. V. CAP. Triumuii Capitales
 TR. V. MON. Triumuii Monetales
 T. S. F. I. testamento sibi; uel, suo fieri iussit
 TT. testamento: Titi, duo; uel, plures: titulus
 TT. IMP. titulum; uel, tumulum posuit
 TTO. testamento
 TT. QTS. Titus Quinctus

717. intus

T.V. testamento uouit : tibi usus : tu uale

TVB. SAC. Tubicini sacro

TVBIL. Tubilustrum ; quod eo die in atro futorio Sacrorum tubae lustrantur

TVD. uel, TVDER. uel, TVDERT. Tudertano

TVL. Tullia, Tribus : Tullius : tutela

TVL.H. Tullus Hostilius

T.V. uel, TITVL.V. uel, TIT.V. titulo usus

TVT. tutela

871
V

V. Valde : uale : ualeo : Valerius : ubi : uel : uelut : uel
ui : ueniet : uer : uero : uerum : Vestales : ueste : uester
uestro : uetat : ueteranus : ueteri : uia : uicit : uictor
uidebit : uidetur : uindicta : uindictam : uir : uirgo : ui
ro : uirtus : uisus : uita : Vitellius : uiuens : uiuus : uixit
uiniuersi : unum : uocat : uocauit : uolentibus : uolo : uo
luit : uotum : uouit : Vrbs : usum : uult : uxor : uicit ; ui
res ; urbis ; uestrae : quadrans : quinctum : quinque

V. vel, VIX. vixit

V. veluti

V. vel : ver

V. A. vel, VET. AS. vel, ASS. veterano assignatum : vi
xit Annis

V. AET. uirtus aeterna

VAL. uale : Valerianus : Valerius

VAL. CS. Valerius Caesar ; vel, Crispus

V. A. M. D. H. vixit annis, mensibus, diebus, ho
ris

VAT. uates : Vatinius : uatum

V. A. XII. M. II. D. III. Vixit Annis duodecim, mensi
bus duobus, diebus tribus

VB. uobiscum

V. B. A. uiri boni arbitrati

V. B. F. uir bonae fidei

VBI. urbi

- V. C. uale coniux: uir clarissimus; uel, clarus; uel
consularis: urbis conditae: urbs condita: quintae
cohortis: quintum Consul
- V. C. uel, V. C. uir clarissimus; uel, clarus
- V. C. C. F. uale, coniux clarissima, feliciter
- V. COSS. uoluerunt Consules
- V. D. Vestae deuotus: uictor dedit: uinum dilutum: uir
deuotus; uel, dictatorius: uiuens; uel, uinus de-
dit; uel, dicauit; uel, donauit: uolentibus Dijs
- V. D. A. uale, dulcis amice: uixit, diebus, annis
- V. DICT. uir dictatorius
- V. D. N. V. uale, decus nostrae Urbis
- V. D. P. R. L. P. uel, F. unde de plano recte legi possit; uel
potest; uel, fecit
- V. D. P. S. uir deuotus, priuato sumptu: uiuens; uel, ui-
uus de pecunia sua
- V. E. uel, V. ET. uerum etiam: uir excellens: uisum
est: uotum eius
- VEL, Velina, Tribus
- VENAT. uenationem
- VER. Verona: uerum
- VEST. NF. uel, NF. PR. Vestae nefas Praetori
- VET. ueteranus: Ueturia, Tribus
- VET. EX. NVM. FRVM. ueteranus, ex numero fru-
mentario
- VET. ASS. uel, A. veterano assignatum
- V^m. E. uerum etiam: ueterum etiam
- V. F. ualde; uel, uale feliciter; uel, felix: uerba fe-
cit: viae Flaminiae: uir fortis; uel, frugalis: uiuens

- uel, uinus fecit : usus fructus
 V. P. C. uiam faciendam ; uel : uiuens ; uel , uinus fa-
 ciendum curauit
 V. FR. uir fortis ; uel , frugalis ; usus fructus
 V. P. S. E. S. uel , ET. S. uiuens ; uel , uinus fecit sibi , & v
 suis
 V. F. S. S. uiuens ; uel , uinus fecit sibi sepulcrum ; uel
 sibi , suis
 V. H. B. P. uenit hodie bona pecunia ; uel , persona : ue-
 tus heres , bonorum possessor : uisit honeste bona per-
 sona
 V. H. S. F. M. uiuens ; uel , uinus hoc sibi fecit monu-
 mentum ; uel , fieri mandauit
 V. I. uir illustris ; uel , iustus
 VIC. uicit : uictor : uictores
 VICC. uictores
 VICT. C. A. S. Victoriae Caesaris
 VI. G. uel , VI. G. uerbi gratia
 VIG. uigilauit : uigiliae : Vigilum , idest , Cohortis
 VII. VIR. Septemuir
 VIN. Vinalia . Varro . uinum
 VIND. MA. A. C. X. uindicta manu misso aureos cen-
 tum decem
 VIR. Virgilius : uirgo : uirtus : uirtutes
 VIR. VE. uel , V. V. Virgo Vestalis
 VIR. VES. Virgini Vestali
 VI. S. sex , & semis
 VII. X. uicit decies
 VI. V. sextum uir
 VI. VIR. sextumuir : sextumuiris

- VIX. ANN. MENS. DIEB. *vixit annis, mensibus, die-*
bus
- VIX. *vel, v. vixit*
- VL. *videlicet*
- VLPS. *Vlpianus: Vlpus*
- V.L.S. *uiuens; vel, uiuus legauit sibi*
- VM. *uestrum*
- V.M. *uiuens; vel uiuus mandauit*
- V.M.M. *votum merito Mineruae*
- V.MVN. *vias muniuit: vir municipalis*
- V.N. *quinto Nonas*
- V.N.V. *vires; vel, uiro nostrae Urbis*
- V°. *vero*
- VO. *Voconius: Volero*
- VOL. *Volcanalia: Volesus: volet: Voltinia, Tribus: vo-*
luit: volumus: voluptas: Volusus
- VOLC. *Volcanalia. Varro*
- VOLT. *Voltinia, Tribus: Volturnus: Volturnalia*
Varro
- VOP. *Vopiscus*
- VOS. *Vosonius*
- VOT. DD. *uoto dedicauit*
- VOT. SOL. LIB. MER. *uotum soluit libens merito*
- V.P. *vir patricius; uel, perfectus; uel, praetor; uel, pri-*
marius; uel, probus; uel, prudens: uiuens; uel, ui-
uus posuit: unius profuit: uoto posuit: Urbis praefe-
ctus. uide, in, Orthographia, in, SPELEVM, I
- VP. IP. *Vespasianus Imperator*
- V. P. P. P. HIS. TARR. *uir perfectissimus, proconsul*
provinciae

prouinciae Hispaniae Tarraconensis
 V. P. R. ueteri possessori; uel possessioni, reddatur; uel
 redditum

V. PR. A. uir praetorius: urbis praefectus

V. Q. uel, V. QVAE. uir quaestorius

V. Q. A. L. K. S. uiginti quinque asses legitime condemna
 ti sunt

VR. Urbanus: urbis: urbs

V. R. urbs Roma; uel, Romana: uti rogas

VRB. Urbanae, Cohortis: Urbanus: urbs

VRB. C. Urbis conditae

VRB. R. Urbis Romanae

VRB. SAL. urbs Salua

VRBISAL. Urbis alia

Vs. uel, V. uester

V. S. uice sacra

V. S. uir sacer: uiuens; uel, uiuus, sibi; uel statuit: uo-
 luit Senatus: uotis succedentibus: uoto sollempni; uel
 soluto; uel, suscepto

V. S. C. uoti sententia compos: uoti sui compos; uel, com-
 potes

VS. CS. Vespasianus Caesar

V. S. D. M. uiuens; uel, uiuus, sibi dedicauit monumen-
 tum

V. S. D. D. uiuens, uel, uiuus sibi donum dedit

V. S. E. S. F. uiuens sibi, & suis fecit

V. S. F. uiuens; uel, uiuus sibi fecit

V. S. F. I. uiuens; uel, uiuus sibi fieri iussit

V. S. I. uice sacra iudicans

Romae, ad D. Paulli

FL. EVGENIVS. ASELLVS
 V. C. PRAEF. VREI
 V. S. I. REPARAVIT

V. S. I. C. uice sacra iudicans

V. S. L. uiuens; uel, uiuus sibi legauit: uoto soluto, lega-
 uit; uel, libere

V. S. L. L. M. uiuens, uel uiuus sibi legauit locum monu-
 menti; uel, monumento

V. S. L. M. uiro suo; uel, uiuens; uel, uiuus sibi legauit
 monumentum: uiuens; uel, uiuus sibi locum monu-
 menti: ui; uel, uoto soluto; uel, sollempni; uel, uotum
 soluit, libero munere; uel, libens merito

In Albiciato, pago, Mediolan. I

I. O. M

MONTVANATES

VICANI. LOVANIVS

V. S. L. M

Vulsinijs. 2

A

Y

R

M

V

S

L

M

Non longe a Trebia. 3

MINERVAE

CABARDI ACENSI

MARIA: C. MARI

VMBRONIS . F

V . S . L . M

V.S.L.M.H.D.S.P. uel, D.S.S. uiuens; uel, uiuus sibi legauit monumentum hoc, de sua pecunia: uiuens; uel uiuus statuit lege; uel, legem mandari hoc, de suo sibi; uel, de suo sumptu

V.S. uel, VS.L.M.P. uiuens; uel, uiuus sibi; uel, uiuens uel, uiuus, locum monumenti; uel, monumento posuit

V.S.P. uiuens; uel, uiuus sibi posuit: uiui sibi possederunt; uel, posuerunt

VT. ueluti: uerumtamen

V.T. uel, V. TRIVMP, uel, V. TRIVMPH. uir Triumphalis

VV. ueluti: uenerunt

V.V. Virgo Vestalis: uina Venus: uiuo uiro: uiuus uiuae

VV.CC. uiris clarissimis

VV.CC. uiri clari

VV.FF. uel, V. FF. uiuentes fecerunt

V.V.F. uiuis, uiuens; uel, uiuus fecit

VVI. uerbi

V.V.L. Virgo Vestalis locus

V.V.M. uel, MAX. *Virgo Vestalis Maxima*

V.VRB. uir *Vrbanus*

V.V.V. uiros *urbis uestrae*

V.V.V.V. uincens *uires urbis uestrae*

VX. uel, VX. uel, VC. uel, VNX. uel, VCS. *uxor*

VXO.D. *uxorem duxit*

X

- X. actio: decem: denarij: denarius: (ideſt, decem li-
brarum) xidus: exiſtimatio
X. exiſtimatio: exiſtimo: decem: denarius: Xynodus
* Denarij: Denarius. ideſt; decem librarum
* Denarius
X.D. decies dedit
X.E. decies exiſtimatio; uel exiſtimet
X.V. uel, VIR. Decemuir: Decemuiri
X.VIR. STLITIB. IVD. Decemuir ſtlitibus indican-
dis
XV. VIR. S.F. Quindecem uir Sacris Faciundis
XXII. S. uiginti duo, & ſemis
XXIX. uiginti octo: duodetriginta
XIX. decimo nono: undeuigeſimo anno
X. MILL. decem milliaria
IXI. mille
X. P. decem pedes; uel, pondera; uel ponda
X. P. decem pedes
X. Quindecim
XXXIIII. triginta quattuor
X. PS. decem paſſuum

YMN. hymnus

4. Centurioni

S et

S. est

H. existimat

Hⁱ. existimatio

7. Y. Y. pro, Y

ZEN. Zenonius

⌘. *


I. mille

V. quinque millia

X. decem millia

L. quinquaginta millia

L 4



E

IN

E

S V M P T A
EX PAVLLI. PATRIS
COMMENTARIO
IN. EPISTOLAS. CICERONIS
FAMILIARES
EPISTOLARVM. LIB. II

EX PAVILLI PATRIS
COMMENTARIO
IN PRIMUM DE CICERONIS
LIBRIS
P. M. A.

V **ET** **ER** **E** **S** Numerorum notas uariarunt, primum quinto loco, deinde decimo, mox quinquagesimo, tum centesimo, eodem in reliquis ordine conseruato, mutato numeri signo, quoties numerus a quinario ad duplum, & a duplo rursus ad quinarium peruenisset

Prima nota fuit **i**, unus, usque ad quattuor iterata

Secunda nota, **v**, quinque, in quinario primum numero uariata

Tertia, **x**, decem, in duplo quinario, ut iam dixi, mutationem recipiens

Quarta, **L**, quinquaginta, aucto post tertiam notam, idest post **x**, in quincuplum numero

Quinta, **c**, centum, duplicato quinquagenario

Sexta, **D**, quingenta, & hic quincupli ratione seruata

Septima, **M**, mille, habita dupli ratione

Octaua mutatio fuit, cum ad quinque millia peruenissent. nam, ne toties iterarent, **M**; his notis usi sunt, **DC**, quinque millia.

Nona mutatio, a quincuplo in duplum, recepit has notas, **CCDC**, decem millia

Decima, a duplo in quincuplum, **DCDC**, quinquaginta millia

Vndecima, & ultima, a quincuplo in duplum **CCCCDC**, centum millia

Nec ultra notarum mutatio progressa est. Ita
sunt omnino undecim uariae, deinceps a no-
bis demonstratae, tamen iterandae

I, unus
V, quinque
X, decem
L, quinquaginta
C, centum
D, quingenta
M, mille
IIO, quinquemillia
CIIIO, decem millia
IIOOO, quinquaginta millia
CIIIOOO, centam millia

Quam cognitionem legentibus non iniucun-
dam fore, sum arbitratus

Hoc etiam adiungam, a prima nota, I, ceteras o-
mnes fluxisse. nam, V, duae primae notae sunt
infima parte coniunctae

Item, X, est quinarij numeri nota duplicata; cum
duae, V, in acuto angulo coniungantur. At
L, quid est, nisi prima illa nota, I, recta, & al-
tera prostrata, simul iunctae? quo si addide-
ris in summa parte aliam primam notam, item
prostratam fiet centum. non enim priscis tem-
poribus, pro Centum, scribebant, C, quod
ad aetatem nostram permansit: sed, [, quae e-
rant tres primae notae consociatae, una recta
duae prostratae, cum recta coniunctae, una

in

in superiore parte, altera in inferiore. Quin-
genta uero fecerunt, addita ad tres notas
quas proxime nominavi, quarta recta, cum
duabus prostratis coniuncta, hoc modo □
qua figura duplicata, fecerunt Mille, hoc
modo [□]. unde postea, librariorum arbitrio
uariae notae, quae, Mille, significarent, factae
sunt: quarum nonnullas ostendemus. nam ex
□] fieri coeptum est, ∞, & ω, & c i o, & C i y,
unde m deriuatum, quo pro Mille hodie quo
que utimur: cum olim nota fuerit, non littera

CALENDARIVM ROMANVM

ANNO MDCCLXXII

In diebus Martij

Ad Agrippam

1. Martij
2. Martij
3. Martij
4. Martij
5. Martij
6. Martij
7. Martij
8. Martij
9. Martij
10. Martij
11. Martij
12. Martij
13. Martij
14. Martij
15. Martij
16. Martij
17. Martij
18. Martij
19. Martij
20. Martij
21. Martij
22. Martij
23. Martij
24. Martij
25. Martij
26. Martij
27. Martij
28. Martij
29. Martij
30. Martij
31. Martij

K

V E T V S
KALENDARIVM. ROMANVM
E. MARMORE. DESCRIPTVM

In Aedibus Maffaeiorum
Ad Agrippinam

In tabula marmorea, superne fracta

A. K. IAN. F

BF

CC

DC

ENON. F

FF

GC

HC

AAGON

BEN

CCAR. N

DC

EID. N

FEN DIES. VITIOS.

GCAR EX. S. C.

HC

AC

BC

CC

DC

EC

FC

GC

HC

AC

BC

CC

DC

EF

FN

GC

XXXI

H. K. FEB. N

AN

BN

CN

DNON

EN

FN

GN

HN

AN

BN

CN

DEID. N

EN

FLVPER. N

GEN

HQVIR. N

AC

BC

CC

DFERAL. F

EC

FTER. N

GREGIF. N

HC

AEN

BEQ. N

CC

XXIIX

D. K. MAR. N ^o	C. K. APR. N ^o
E F	D C
F C	E C
G C	F C LVDI
H C	MATRI. MAG
A N ^o HOC. DIE. CAESAR	G NON. LVD
PONTIF. MAX. FACT. EST.	H N ^o LVDI
B NON. F	A N LVDI
C F	B N LVDI
D C	C N LVDI
E C	D N LVD. IN. CIRC
F C	E N
G C	F N LVDI. CERERI
H EN	G EID. N. LVDI
A EQ. N ^o	H N
B EID. N ^o	A FORD. N. LVDI
C F	B N LVDI
D LIB. N ^o	C N LVDI
E C	D N LVDI
F QVIN. N	F CER. N. LVDI
G C	IN. CIRCO
H C	F N
A N	G PAR. N ^o
B IVBIL. N ^o	H N
C Q. REX. C. F	A VIN
D C	B C
E C	C ROB. N ^o
F N ^o HOC. DIE. CAESAR	D F
ALEXAND. RECEPIT	F C
G C	E N ^o LVD. FLOR
I C	G C LVDI
A C	H C LVDI
B C	XXX
XXXI	

A. K. MAI. N

B F COMP

CC

DC

EC

FC

G NON N

HF

A LEM. N

BC

CLEM. N

D N LVD. MART.

IN. CIRC.

E LEM. N

FC

G EID. N

HF

AC

BC

CC

DC

E AGON. N

FN

G TVB. N

H Q. REX. C. F

AC

BC

CC

DC

EC

FC

GC

XXXI

H. K. IVN. N

A F MART. CA
MONET

BC

CC

D NON

EN

FN

G N MENTI. IN

CAPIT

H VES. T. N. PR.

AN

B MA. N

CN

D EID. N

EN

F Q. T. D F

GC

HC

AC

BC

CC

CC

DC

EC

FC

GC

HC

AC

BC

CC

CC

DF

EC

XXX

F. K. IUL. N
G N
H N
A N
B POPLIF. N
CN LVDI APOLLIN
D NON. N LVDI
E N LVDI
F N LVDI
G C LVDI
H C LVDI
A N LVDI
B C LVD. IN. CIR.
C C MERK.
D EID. N MERK.
E F MERK.
F C MERK.
G C MERK.
H LV CAR. N MERK.
A C LVD. VICT.
CAESAR.
B LV CAR. LVD
C C LVDI
D NEPT. LVDI
E N LVDI
F FVRR. N LVDI
G C LVDI
H C IN CIRC.
A C IN CIRC.
B C IN CIRC.
C C IN CIRC.
D C
XXXI

E K. AVG. N
F C FER. HOC. DIE
C. CAESAR. VICIT. HISP.
G C
H C
A NON. F
B F
C C
D C
E N HOC. DIE. CAESAR
HISPALIM. VIC.
F C
G C
H C
A EID. N
B F
C C
D C
E PORT. N
F C
G VIN. F. P.
H C
A CONS. N
B EN
C VOLC. N
D C
E OPIC. N
F C
G VOLT. N
H N H. D. ARA. VICTO
RIAE. IN. CVRIA
DEDIC. EST
A F
B F
C C
XXX

D. K. SEPT. N

HOC. DIE. FER. NEP.

EN

FN

GCLVDIROMANI

HNON. F. LVDI

AF LVDI

BC LVDI

CC LVDI

DC LVDI

EC LVDI

FC LVDI

GN LVDI

HEID. N

AF. F. EQVOR. PROB.

B LVD. ROM.

IN. CIRC.

CC IN CIRC.

DC IN CIRC.

EC IN CIRC.

FC IN CIRC.

GC MERK.

HC MERK.

AC MERK.

BN MER

CC H. D. AVGVSTI. NATALIS

LVD. CIRC.

DC

EC

FC

GC

HF

AC

XXX

B. K. OCT. N

CF

DC

EC

FC

GC

HNON. F

AF

BC

CC

DMEDIA.

E AVGVST. N

F FONT. N

GEN

HEID. N

AF

BC

CC

D ARM. N

EC

FC

GC

HC

AG

BC

CC

DC LVD VICT.

EC LVDI

FC LVDI

GC LVDI

HC LVDI

XXXI

4 4

P A V L I . M A N V T I I
P A T R I S
D E . V E T E R V M . D I E R V M
R A T I O N E

SI. DVO dierum in genera distribui Annum oporteat, multifariam recte diuidetur, ut sic; An- nus constat ex Diebus uel Fastis, uel Nefastis: aut sic ex Diebus uel Fastis, uel Profestis: aut sic; ex Die- bus uel Senatorijs, uel non Senatoriis: aut sic: ex Die- bus uel Comitialibus, uel non Comitialibus. harum enim quattuor diuisionum, si separatim singulae con- siderentur, totum Annum quaelibet complectitur Nos autem, cum de Diebus ea, quae scitu digna Cen- suimus, quaeq. ad Romanae historiae notitiam ual- de pertinent, breuiter ostendere instituerimus; ex his diuisionibus utemur ea, in qua quae maior pars est, (duas enim partes habent singulae) ea, cum ea parte, quae in alijs diuisionibus item maior est, com- parata, uberius aliquanto esse cognoscitur. incipie- mus igitur a nominatis in prima diuisione, Fastis, & Nefastis: quandoquidem Fasti, quae duarum primae di- uisionis partium plenior est, plures in Anno sunt, quam quaecumque pars in tribus reliquis diuisionibus la- tius patet, hoc est, quam uel Profesti, uel non Senato- rii, uel non Comitiales. quod si quis opponat, in Kalen- dario plures notatos esse dies littera C, quam littera F, unde plures significantur Dies Comitiales, quam Fa- sti; itaque non recte me a Fastis, ut a pleniore par- te, exordiri: sciat, non a me Fastos modo uocari, quos

notatos littera F videmus, sed omnes plane, quibus fari tria verba, Do, Dico, Addico, Praetori licebat: quorum e numero Comitiales erant, & ij, quos in Kalendario hae litterae demonstrant, EN. NP. Q. REX. C. Q. S T. D. F. P. quibus omnibus cum fari liceret; etiam si non id semper fieret; qua de causa notati sunt alys litteris potius, quam F; ut indicetur, praeter Fari, aliquid etiam fieri licuisse: non absurde mihi facere videor, si ad Fastos, littera F notatos, qui quidem vere Fasti dici possunt, quod is aliud prorsus nihil fiebat, quo Praetor a iure dicendo impediretur, eos quoque dies aggrego, quibus, Fari semper quidem licebat, non tamen, quod liceret, fieri semper solebat. ut omnino tria essent genera, quibus de singulis agatur suo loco; primum Fasti ij quibus fari semper & liceret, & soleret; qui notantur littera F, suntq. omnes XXXVIII. hi & proprie erant Fasti, & toti: proprie, quod per eos nisi cum aliquis casus extra ordinem interueniret numquam Praetor ius non dicebat; toti, quod, Fari horis omnibus liceret. Alterum genus fuit; Fasti ij qui & ipsi proprie Fasti erant, sed non toti; quod is quidem omnibus Fari, non tamen horis omnibus, liceret. erant autem hi, EN. NP. F. P. EN. Q. REX C. Q. S T. D. quas litteras infra explanabimus. atque hi erant omnes LXV. Tertium genus Comitiales fuere, casu Fasti, non proprie; quia, cum Comitiae non haberentur, tunc fari solum Praetor solebat. hi modo toti erant Fasti, cum nulla scilicet Comitiae haberentur.

Ratio

berentur; modo ex parte, cum haberentur illa quidem, sed minime per totum diem. hi CLXXXIV. erant. Nos Fastos omnes vocamus; quibuscumque Fari liceret, siue Fasti proprie, siue non proprie, essent itaque, ab his profecti, paullatim progrediemur diuidendo, ut, qui nobis propositus est huius narrationis finis, eo perueniamus. Omnes igitur Dies aut Fasti sunt, aut Nefasti: & Fasti, partim Festi, partim Profesti. Festos plerosque partim Fastos, partim Nefastos fuisse; ut Quirinalia, Lupercalia, Terminalia, ex Kalendario cognoscitur. quibus enim Festis diebus, adscriptum est \mathcal{N} , ij sunt Nefasti simul, & Fasti; Nefasti, priore parte; Fasti, posteriore. Dies Feralia adscriptam habet F. qui Festus proprie non fuit sed gestandae ad mortuos cenae dicatus dies. quod quia non hora stata fiebat; sed ut cuique commodum erat; ideo totus dies potuit esse Fastus. propterea, ut opinor, littera F notabatur. Festis porro diebus, non dubito, quin omnibus haberi Senatum licuerit. cuius rei exempla sunt in Antiquorum libris admodum multa. quamquam sollemne hoc non erat ut semper Diebus Festis Senatus haberetur; sed legitimum, ut haberi posset. sollemne autem illud, ac statutum, ex more maiorum, ut Kalendis, Nonis, Idibus, haberetur. itaque in Kalendario neque Kalendis, neque Nonis, neque Idibus littera C, quae Comitiales dies significabat, per quos haberi Senatus non poterat, neque diebus omnino ullis Festis adhaeret Profesti dies aut Fasti erant, aut Nefasti. et omnibus

Dierum Veterum

bus Profestis Nefastis haberi Senatum licebat; Profestis autem Fastis non plane omnibus, sed ijs tantum qui Comitiales non essent. quibus autem Profestis haberi Senatus poterat, ijs omnino Agi cum Populo non poterat. contra, quibus Profestis haberi Senatum non licebat, ijs Agi quidem cum Populo licebat, nec tamen semper agebatur: cum ea res ex eorum uoluntate penderet, penes quos Populi cogendi potestas esset. non enim, quod licet, id etiam necesse est. Quod autem dixi, Comitilibus haberi Senatum non licuisse; declarant illa uerba, in epistola Ciceronis ad fratrem, quae tertia est lib. II. Consecuti sunt dies Comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. et illa in S. C. quod Coelius ad Ciceronem misit, Ep. fam. lib. IIX. Utiq. eius rei causa per dies Comitiales Senatum haberent, S. Q. C. facerent. Quibus uerbis, quod extra ordinem a Senatu eo S. C. decretum est, id omnino fieri solitum non esse, dilucide constat: ita Senatus Fastis quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat: siquidem Comitiales inter Fastos iam retulimus. Nefastis autem haberi omnibus potuisse, iam diximus. Sane, qui me torqueat, nodus est, mihi quidem perdifficilis, in epistola ad Atticum lib. I. in qua, cum dixisset iam, Nam, cum dies uenisset rogationi ex S. C. ferendae; paucis post uersibus subiunxit, Senatus uocatur. quod certe mos maiorum minus ferre uidebatur. nam, si Rogationi ferendae dies est, certe Comitialis est: quod si Comitialis; haberi Sena-

Ratio

tum prorsus non licet : cuius rei testimonio sunt ea quae paullo ante recitauimus & ex epistola ad fratrem verba Ciceronis , et e S. C. nisi si factum id extra ordinem dicamus ; ut Pisonis Consulis iniquissimis conatibus obuiam iretur : qui cum esset lator rogationis , & eius Rogationis , quam ex S. C. et de religione ferebat ; idem tamen erat dissuasor . Comitiorum magnus erat numerus : eosq. fuisse dies Fastos , quod supra dixi , ita existimo , ut mihi videar affirmare posse . non enim inani quadam coniectura sed certa in primis , ut puto , ratione commoueor . video enim in Orationibus Ciceronis , in Pisonem de Prouincijs consularibus , pro Sextio , mentionem fieri ea de lege , qua P. Clodius Tribunus pl. sanxit ut omnibus diebus Fastis Agi cum Populo liceret quo fit apertum , Fastis quibusdam non id licuisse quod , ut omnibus liceret , lege Clodia sancitum est quam tamen legem non fuisse obseruatam , demonstratum est a nobis in libro de Legibus Romanis . Nec uero mirari satis possum ; cum , Fastos aliquot fuisse Comitiales , pateat ; qui uenerit in mentem Macrobio , Fastis , dicere , Lege agi licuisse , cum Populo non licuisse ; Comitioribus autem utrumque licuisse . quorum alterum uere dictum constat , Comitioribus , inquam , et Lege agi , & cum Populo licuisse : quia scilicet Comitiales erant de numero Fastorum : itaque & illud , omnium Fastorum commune habebant , ut Lege agi posset ; & hoc praeterea proprium , ut etiam cum Populo posset : Alterum autem

de

Dierum Veterum

de Fastis diebus, quibus ait lege agi licuisse, cum populo non licuisse, in prima parte uerum esse uideo in secunda qui possit non esse falsum, haud facile reperio. qui enim Fastis agi cum populo non licet, cum Comitiales omnes fasti sint, & Comitiales agi licuisse cum populo, iam ostenderim? dixisset hoc modo: Fastis omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet: nihil erat, quod reprehenderes: siquidem, quod docuimus, quibusdā Fastis agi cum populo poterat, quibusdam non poterat: quibus poterat, eos si quis Fastos, aut Fastos Comitiales diceret, non erraret; cum dies fuerit nullus Comitialis, quin idem & Fastus: sed Comitiales potius, quam Fasti, ut a reliquis Fastis proprio nomine distinguerentur; & Comitiales item potius, quam Fasti Comitiales, breuitatis causa, uocabantur. Verum, quia libenter, quantum in me est, Antiquitatem soleo tueri; Macrobius, a quo multa didici, quasi gratiae referendae loco, ita conor excusare: ut, cum Fastos nominauit, de ijs tantum intellexerit, qui Fasti, uulgo dicebantur, non etiā de ijs, qui, etsi Fasti ipsi quoque erant, Comitiales tamen appellabantur. spectauit igitur non uerbi uim, quae dies omnes, quibus Praetor tria uerba fari posset, siue Comitiales essent, siue non, complectitur; sed consuetudinem loquendi; quod Fastos nominabant eos, quibus tantum lege agi posset; cum eos, quibus cum populo posset, Comitiales praecipuo uocabulo mallent appellare. Quaeritur hic fortasse: cum Comitiales omnes essent Fasti; ijsq. & cum populo, & lege agi posset

Ratio

set; cum populo, quia Comitiales; lege, quia Fasti; fieret ne simul utrumque. Negatur. nam, et si licebat utrumque eodem die, non tamen utrumque poterat eodem tempore. cum enim Populus in Forum conuenisset quid iudicibus, aut litigantibus loci relinqueretur? porro, si uacaret locus, qui tamen posset Praetor, aut Iudices, in tanto strepitu, quantus coactae in unum locum multitudinis solet esse, eorum, qui causas agerent, orationes attentis auribus, animisque, ut par est, excipere sedata mente diligenter aliquid considerantibus opus est. itaque absurdum est, credere, potuisse eodem tempore & cum populo agi, & iudicijs operam dari: sicuti Fastis ijs, qui Comitiales non erant, eodem quidem die non tamen eodem tempore, & Lege actum, & Senatum esse habitum inuenio; sic, ut Lege ageretur primum deinde Senatus haberetur. quod cum ex alijs locis, tum ex III. & XII. epistola libri II. ad Quintum fratrem intelligitur. Ergo, cum omnes Comitiales essent Fasti non quia semper Lege ageretur, sed quia semper liceret si modo cum populo non ageretur; (nec enim utrumque simul fieri, iam diximus) ita concludemus: Fastos, littera F in Calendario notatos, iurisdictionem omnes habuisse; Fastis, littera C notatis, & ius dici, & agi cum populo eodem die, non eodem tamen tempore, potuisse ideoque Fastos eos quoque fuisse dico, non ex eo, quod fieret, sed ex eo, quod liceret. Haec de Fastis: supersunt Nefasti. His omnino neque lege agi, neque cum populo licebat. cum enim opponantur Fastis, quorum e numero sunt Comitiales; eo iure, quod omnes Fasti, si-

Dierum Veterum

ue Comitiales, siue non Comitiales, habent, prorsus careant necesse est. Festus etiam sic: Die nefasto apud Praetorem lege agere, religiosum erat. Causas tamen agi, & Concionem haberi, & Legem promulgari, licebat. nam neque Causas agi, est Lege agi: neque Concionem haberi; aut, Legem promulgari, est cum Populo agi. quae probare singula, magni negotij non est. Agitur lege, cum Prae:or tria verba fatur, Do, Dico, Addico: qui est ultimus iudicij dies: cum uero causis audiendis Praetor operam dat, Lege tunc non agitur. quare Fastos esse necesse non est omnes dies, quibus aut pro reo, aut contra reum dicitur: sed, Fastum eum quidem esse, necesse est, quo Praetor, aut qui iudicio praest, cum cōsilio Iudicum sententiam ferre debet itaque in epistola III. libri I I. ad Quinctum fratrem Ad III. Idus, inquit, dixi pro Bestia, de Ambitu, apud Praetorem Cn. Domitium. Quem tamen diem (est autem III. Idus Februarij) Fastum non fuisse, Kalendarium indicat: notatur enim, ut Nefastus, littera N nec omnino de octo diebus, qui ab Idibus appellantur mense Februario Fastus ullus fuit, ultimo tantum die hoc est Idibus ipsis, excepto; qui Nefastus priore, Fastus posteriore parte fuit: notatur enim sic, N. Conciones licet ad Populum haberentur, non tamen Comitiali tantum die, sed & Fasto, qui Comitialis non esset, & Nefasto pariter haberi poterāt. nolo enim quēquā in eo falli, quia fortasse, Agi ad Populum, & Agi cū Populo, idē esse uideatur: quae diuersa sunt. nam Agebatur ad Populum cum ad Populum, concionem aliquis habebat
ut Gellius

ut Gellius docet lib. XIII. cap. V. Agebatur autem cū
 Populo, ut ait Festus, cum magistratus ad Consilium
 aut Comitiam, uocabat. quod fieri Comitiali dumtaxat
 die licebat. Concionari autem omnibus aequē diebus
 licuisse, exempla demonstrant. itaque, quoties aliquod
 s. C. erat factum, dimisso Senatu, & s. C. ad popu-
 lum recitato, magistratus aliquis, aut etiam priuatus
 Senator, Concione ei a magistratu data, ad Populum
 uerba faciebat. nec tamen is erat dies Comitialis. nam
 Comitilibus fieri s. C. aut omnino Senatum haberi
 non potuisse, demonstratum est. et Festus haec aperte
 distinguit, cum ait: Forum est, in quo iudicia fieri
 Cum Populo agi, Conciones haberi, soleant. Quo die
 igitur, Agi cum Populo, eodem, Agi apud Populum, li-
 cebat: quo autem, Agi apud Populum, eodem, Agi cum
 Populo, non semper licebat. Exempla sibi quisque notet
 in legendo: quod facillimum est: sunt enim infinita
 itaque puto me facere non inepte, quod ijs recitandis
 quae passim existant, conterendum mihi tempus esse non
 existimem. Illud addendum unum uidetur: Cum ad-
 uocabatur Concio, ut Populus aliquid suffragijs, ro-
 gante Magistratu, scisceret; tunc actum esse cum
 Populo, non ad Populum; cum uero Magistra-
 tus, aut etiam priuatus aliquis, magistratu ei Con-
 cionem dante, ad Populum uerba faciebat, non
 ut suffragia deinde ferrentur, sed ut aliquid expo-
 neretur; tunc non cum Populo, sed ad Populum
 actum esse. Aliud est igitur, Habere Concionem: a-
 liud, Aduocare Concionem. Habere Concionem, est

Dierum Veterum

Agere ad populum: Aduocare concionem, si aduocatur, ut suffragia ferantur, est, Agere cum populo. ideo scripta sunt haec apud Macrobium lib. I. Sat. Iulius Caesar Auspiciozum lib. XVI. negat, Nundinis Concionem aduocari posse, id est, Cum populo agi, ideoq Nundinis Romanorum haberi Comitia non posse. Ad dita enim sunt illa verba, Id est, Cum populo agi, quia non semper, Concione aduocata, cum Populo agebatur, sed interdum ad Populum dumtaxat. Nundinis autem, cum Populo quidem agere, non licuit; ex quo sequebatur, ut Comitia haberi non possent: ad Populum autem agere, hoc est concionem habere, certe licuit. non enim aduersatur illud, quod a Cicerone scriptum est, lib. I v. ad Atticum: Ante diem x. kal Nundinae: Concio biduo nulla. Quibus uerbis, id quod factum non est; non id, quod non licuit, ostenditur. nam, cum haberi Nundinis Comitia non possent quod non ex Macrobio tantum, uerum etiam ex Plinio lib. XVIII. cap. III. cognoscitur: propterea ne concionandum quidem P. Clodius, Appius, Metellus putauerunt; qui proximis diebus, Comitiorum causa Conciones habuerant. Superest de Lege promulganda. id enim de tribus, quae proposuimus, erat tertium Ferendae Legis, & Promulgandae non eadem ratio fuit. Ferebatur uic tantum Comitiali; Promulgabatur etiam non Comitiali, siue Fastus, siue Nefastus esset. itaque C. Cato Tribunus pl. rogationem de abrogando Lentulo imperio, die non Comitiali promulgauit. cum enim & post I v. Nonas Februarij, & ante

Ratio

VIII. Idus eiusdem mensis promulgauerit: quod ex epistola III. libri II. ad fratrem colligitur: Comitiali die promulgare non potuit, ac ne Fasto quidem. primi enim duodecim Februarij dies Nefasti omnes fuerunt. Haberi autem Senatum per Nefastos omnes, licebat: nec per omnes tamen, sed tantum, cum res postulare, habebatur; eorum Magistratum, quibus id iuris erat, arbitrato. ita Senatus in hoc praestare Populo uidebatur: quod agi cum populo per unum modo dierum genus, hoc est per Comitiales, quae Fastorum pars erat; haberi autem Senatum per duo genera hoc est, & per Fastos eos, qui Comitiales non essent, & per Nefastos omnes, licebat. Erant praeterea Dies aliquot promiscui; quibus rotis lege agi, neque omnino licebat, neque omnino non licebat; sed partim Fasti erant, partim Nefasti. horum tria erant genera aly, prima & postrema dici parte, Nefasti, media Fasti; qui dicebantur Intercisi; & in Calendario his duabus litteris notantur, EN: quod est, Endotercisi; pro Intercisi. Veteres enim Endo, pro In, usurpabant. itaque dixit Cicero lib. II. de Legibus: Quos endo caelum merita uocauerint. Et Festus notat, Endoitium pro, Initium. Varro autem, lib. III. de re Rust. Endo suam domum. Alij priore parte Nefasti, posteriore Fasti: qui notantur ipsi quoque duabus litteris, NP, sed coniunctis, hoc modo NP: quod ualet, Nefastus primo cuiusmodi fuisse dies fere omnes Festos, inspecto Calendario, cognoscitur. Nonnulli, priori parte Fasti, posteriore Nefasti: qui notantur sic, F. P. quod, Fastus

†† 2 primo

Dierum Veterum

primo, significat. quo ex genere videmus in Kalendario Vinalia fuisse. Dies eos, qui priore parte aut Fasti erant, aut Nefasti, de Veteribus, quod meminerim nemo nominat. de Fastis autem media diei parte hoc est de Intercisi, Varro sic lib. v. de lingua Lat. Intercisi dies sunt, per quos mane & vesperi est Nefas medio tempore, inter hostiam caesam, & extra por recta fas: a quo, quod fas tum intercedit, Intercisi dies; aut quod Intercisum nefas. Patet iam, his litteris, quae sunt in Kalendario, F. N. C. F. P. N. EN, sex dierum genera significari, Fastos, Nefastos, Comitiales, Fastos primo, Nefastos primo, Intercisos. Quod si cui veniat in mentem, hac duarum litterarum connexionem N, non significari, quod nos diximus, Nefastus primo, sed potius, Nefas Praetori: huius opinionem argumentum primo e coniectura, vel ex ipsa potius, ut ego sentio, ratione ductum, deinde etiam Historiae veteris infirmat auctoritas. argumentum est hoc. Nemo, cui pauciora sufficiunt, pluribus utitur. quid opus erat, ut ij Dies, quibus adscriptum videmus N, Nefasti esse indicarentur duas potius litteras, quam unam, apponere? cur N, inquam, non N? praesertim cum Nefasti dies omnes hac una littera, N, notentur: sicuti & Fasti, eorum quasi aduersarij, una littera, F, demonstrantur. Age, dicat aliquis, leue hoc esse, planeq. nugatorium argumentum. quod sane mihi videtur contra. quid Ciceroni respondebitur? mendaciyne, & falsitatis, quasi testem corruptum, aut inscientem, arguemus? non ita ut opinor, quisquam desipiet. Sunt igitur haec in Epistola

Ratio

siola, Risi, Ciceronis verba, libro 11. ad fratrem: Cognosce nunc Idus. Decimus erat Coelio dies. Domitius ad numerum iudices non habuit. Quibus verbis, cum Idus Februarii, de quibus Cicero loquitur, Fastum ex parte diem fuisse, satis constet: quandoquidem eo die Praetor Domitius, ut de reo cognosceret, sententiamq ferret, in Forum descendit: sequitur, ut N, quod Idibus omnium mensium, exceptis Iunijs, in Kalendario adscriptum uidemus, Nefastus dies omnino significari non possit. Eodem in libro altera est Epistola, quae sic incipit: Sextius noster absolutus est ad 11. Idus Martii dies, si eo die Sextius absolutus est, certe Nefastus plane non fuit. fuit autem, cum ei sit adiunctum N, prior quidem parte Nefastus, posteriore autem Fastus: sic uti & Idus Februarii, de quibus proxime diximus, & omnes dies, quibus in Kalendario N appositum animaduertimus. Aggrediamur nunc; quando & de Dierum ratione, & de litteris, eos significantibus, satis multa, atque etiam, ut arbitramur, satis uera dicta; alias, quae in Kalendario sunt, litteras; aut concisas, eoq. obscuriores dictiones interpretari: ut, quos Antiquitas capit, eorum commodo pro nostra uirili parte consulamus

KALENDARIUM ROMANUM
EXPLANATIO

- NON. nonae
AGON. Agonalia. Ovidius
EN. Endotercisus; pro, Intercisus
CAR. Carmentalia: quod sacramentum, & feriae Carmentis. Varro
EID. Idus
LUPER. Lupercalia: quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. Varro
QUIR. Quirinalia: a Quirino; quod huic deo feriae
FERAL. Feralia. ab Inferis, & Ferendo, quod ferunt tum Epulas ad sepulcrum, quibus ius ibi Parentare
TER. Terminalia: quod is dies Anni extremus constitutus. duodecimus enim mensis fuit Februarius
REGIF. Regifugium. Ovidius. quamquam est inter Ovidium, & Kalendarium, de Die Regifugij controuersia. ille enim assignat ei Februarij diem XXIII in Kalendario autem uideo ad XXIV. esse appositum nec sane, si modo Regifugij dies N fuit, uideretur esse potuisse die XXIII, hoc est Terminalibus; qui N dies fuit alioqui dies idem & N & N fuisset
EQ. Equiria. Varro, Festus, Ovidius
LIB. Liberalia. Varro
QUIN. Quinquatrus. Varro
TUBIL. Tubilustrum: quod eo die in Atrio sutorio Sacrorum Tubae lustrantur. Varro l. v

Kalendar. explan

Ouidius, Festus

Q. REX. C. F. Quando Rex Comitianit, Fas. Varro
Festus

CIRC. Circenses

FORD. Fordicidia: a Fordis bubus. Bos forda, quae fera
in ventre, quod ea die publice immolantur boues prae-
gnantes in Curijs. complures a Fordis caedendis For-
dicia dicta. Varro l. v. Ouid. l. 4

CER. Cerealia. Varro

PAR. Parilia: a Pariendo, ut ait Victorinus Afer
Alij, Palilia, a Pale; quod eo die Ferae ei deae sunt. Var-
ro l. v. Ouidius lib. xv. Fast. Festus in verbo, Pales; &
Parilibus

VIN. Vinalia: a Vino. Varro

ROB. Robigalia: dicta ab Robigo, secundum sege-
tes. Varro

FLOR. Floralia. Ouidius, Plinius

COMP Compitalia

LEM. Lemuria. Varro, Ouidius

LVD. MART. IN CIRC. Ludi Marti in Circo. Ouis
dius

MART. CAR. MONET. Marti, Carnae Deae, Me-
netae Iunoni. Macrobius, Ouidius

IN. CAPIT. In Capitolio

VEST. N. F. PR. Vestae, Nefas Praetori

MAT. Matri Matutae. Ouidius

Q. S. T. D. Quando Stercus defertur. Varro, Festus
Ouidius

POPLIF. Poplifugium; pro, Populifugium

Kalendarij

APOLLIN. *Apollinares*

MERK. *Mercurus*

VICT. CAESAR. *Victoriae Caesaris*

NEPT. *Neptunalia*

FVR. *Furinalia*

FER. *Feralia*

HISP. VIC. *Hispaniam uicit*

PORT. *Portunalia*

VIN. F. P. *Vinalia. Fas Praetori. Varro, Plinius*

CONS. *Consualia. Plutarchus*

VOLC. *Volcanalia. Varro*

OPIC. *Opiconsua. Varro*

VOLT. *Volturnalia. Varro*

H. D. ARA. VICTORIAE. IN. CURIA. DEDIC. EST

Hoc die Ara Victoriae in Curia dedicata est

FER. NEP. *Feriae Neptuno*

F. EQVOR. PROB. FERIAE EQUORUM PROBANDORUM

Valerius Max. lib. II

LVD. CIR. LUDI CIRCENSES, in Augusti die natali

Suetonius, Dio

MEDI T. Meditrinalia, a Meditrina Dea

Varro

AUGVST. Augustalia

FONT. Fontinalia. Varro

ARM. Armilustrum. Varro

EPVL. INDICT. Epulum indictum

LVD. PLEB. IN. CIRC. LUDI PLEBEI, in Circo. Sue

tonius

AGO. Agonalia

SAT

Explanatio

SAT. Saturnalia. Macrobius

OPAL. Opalia. Varro, Macrobius

DIV. Divalia. Diui Iulii dies festus;

LAR. Larentinalia. Varro, Ovidius, Plutarchus

DE. VITIATA
VOCALIVM
AC. DIPHTHONGORVM
PROLATIONE

ALDI . PII . MANVTII . ROMANI

A V I

Πάρεργον



DE . VITATA
VOCALIVM
AC . DIPHTHONGORVM
PROLATIONE
ALDI . PII . MANVILI . ROMANI
Lipsiae

o c loco non uidetur silentio praetereundum, quod de Ai diphthongo hic scribitur, his uerbis. Η γὰρ δέ σαι μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τῆς φύσει μακρᾶς ἅπτε καὶ Α τὸ φύσει μακρὸν μείζον ἐστὶ τῆς Α διφθόγγου τῆς ἐχούσης τὸ Ι ἐκφονούμενον. ὁ γὰρ τριῶν ἔργον δύο σρατιωτῶν ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων. Quandoquidem uel hinc colligi potest, Aetate nostra, & maiorum, ab hinc annos octingentos, ac plus eo, perperam Diphthongos omnes, & pronuncitari, & pronunciatum esse, praeterquam Au, & Eu, apud Graecos. Nam apud Nos & illas perperam. Si enim I in Ai diphthongo ἐκφωνητέον, ut supra est scriptum, uidelicet A natura longum maius esse Ai diphthongo, quae I quod pronuncietur, habeat, perperam, ac barbaram eam nunc proferimus, cum E legimus. Nam & A & I in ea sonum habere suum debent confusum in unam syllabam, ut ab A incipias, & in I desinas, quemadmodum in Au & Eu diphthongis facimus. Praeterea, Diphthongos omnes proprias hoc modo pronunciantum esse, patet ipso nomine. Diphthongus enim dicitur, quod duos φθόγγους, hoc est sonos & uoces habeat. id quod & Terentianus ait, his Trochaicis

Porro uocalem secuta, uim tenet uocalium

Et sonos utrosque iungit, unde Diphthongos eas

Graeciae

*Graeciae dicunt magistri, quod duae iunctae simul
Syllabam sonant in unam, uiz. gemina praedictae*

At si *Ai E; Oi & Ei I; & Ou v*, legas
ut nunc barbare legimus, non diphthongos
sed monophthongos pronunciando facies
cum sonum utriusque, quae in diphthongo
propria est uocalis, iungere debeas in unam
syllabam. Nam *I* in *Oi* diphthongo pro-
pria *ἐκφωνούμενον* dicitur a Grammaticis: con-
tra *ἀνεκφώνητον* in Diphthongo impropria.
Atqui, si *Ai E* sonat, nec *A*; nec *I* profer-
tur. *Υ* etiam in *Ou* diphthongo *ἐκφωνούμενον*
quemadmodum in *Au* & in *Eu* diphthon-
gis, esse debet, ut ab *O* paruo incipias, &
desinas in *Υ*. Sonum autem *Ou* diphthon-
gi, idest *V*, ut nunc male pronūciamus, *Υ* uo-
calem apud antiquissimos habuisse, existimo
Signum est, quod nunc quoque, quod Grae-
ci *Δύο*, nos Duo dicimus; & quod Illi *Σῦς*, *Μῦς*
Θύλη, *Ρώμυλος*, Nos Sus, Mus, Thule, Romulus
dicimus; & alia id genus sexcenta. Eodem mo-
do *H* & *Ω* & *E* & *O* non recte pronun-
ciamus. Nam *H* & *E* proximum, ac pae-
ne eundem sonum habere debent, hoc est
E, ut *H* proferas clarius, & sub palato, *E*
uero minore sono in gutture. Exempli gra-
tia, ut *H* proferas ut *E*, Latine loquens, in
dictione, *Debes*. *E* uero, ut *ζ*, in dictio-
nibus hisce uulgaribus, *Che dice*, *Che pane*

man-

mangia, *Che uino beue*, cum barbare loque-
ris, ut nunc uulgus. Sic Ω magnum pro-
ferendum. ut in dictione *Bono*, cum Latine
nunc loquimur. Nam apud Antiquos
nostros O breue, & O longum non eun-
dem sonum habuisse, existimo; O uero par-
uum, ut O, in eadem dictione *Bono*; si, ut
uulgus, dixeris, E *bono homo*, & *mio ami-
co*. Sic eas litteras pronounciari debere, Teren-
tianus praecipit, cum dicit

Litteram namque E uidemus esse ad ηλα proxima

Sicut O &, Ω uidentur esse uicinae sibi

Temporum momenta distant, non soni natiuitas

H praeterea non I, sed E longum sonare debe-
re, ostendit etiam Eustathius, in Homerum
inquiens: Βῖ μιμητὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς

Idem. Βῖ βῖ φωνῆς προβάτων σημαντικόν. καὶ φέρεται
παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ χῆσις Κρατίνου τοιαύτη. ὃ δ' ἡλί-
θιος ὡσπερ πρόβατον βῖ βῖ λέγων βαδίζει. Oues ue-
ro non Vi Vi, ut nuuc Βῖ Βῖ barbare pro-
nunciamus, sed Be Be Balant; & est Balant,
pro, Belant, a Βη, mutatione Η in Α do-
lice, ut Μήτηρ, mater. Vnde & id colligimus
β sic pronounciandum, ut Β apud Nos pro-
fertur, non ut V consonans, uel F digamma
Aeoli cum. Alpha igitur, & Beta, & Grae-
cis ipsis dicendum, ut Nos dicimus, non Al-
pha, & Vita. id quod ex Hebraeis acceptum
est; qui, Aleph, & Beth, non Vith dicunt. Sed

de

de his in Fragmentis nostris longe plura. Vbi
etiam T, K, A, N, sequente I, uel T, uel E; uel
O, perperam a Graecis nunc pronunciari, os-
tendimus; sicut apud Nos, & diphthongos
omnes, & C, & G, sequente I, uel E, & Ti, se-
quente uocali

FINIS

SERIES. CHARTARVM

A B C D E F G H I K L M N

O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk

Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss

Tt Vu Xx Ty Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd

A B C D E F G H I K L † ††

Omnes sunt quaterniones

